Ex libris
Bibliothecae Selestadiensis.
A.T.PrVatin
Am.Biechy
Ad.Müntz
curantibus
An.Dom.MDCCCXLI
J.B.Pennarun

1092

165.

Digital ColorChecker® SG
gretagmacbeth

K1092

Ex libris
Bibliothecae Selestadiensis.
A.T.Pr.Vatin
Am.Biechy
Ad.Müntz
curantibus.
An.Dom.MDCCCXLI
J.B.Pennarun
aedile
restauratae.

1092

165.

1092

Sum Bedæ Rhenani. Nec multo plurimum.
An. ætatis D. XXXV. Selati Triboronum.

NOVVM TESTA-

MENTVM IAM QVINTVM ACCVRA-
tissima cura recognitum à DES. ERASMO ROTER.
cum Annotationibus eiusdem ita locupletatis, ut
propémodum opus nouum uideri possit.

BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO

ὃν μαργαρίτην τίμιον
ἀπόδυς ἅπαντα λάμβανε.

En margaritum nobile,
Eme, si cupis ditescere.

BASILEAE ANNO M D XXXV

Cum priuilegio Cæsareæ maiestatis in annos quatuor.

DILECTO FILIO

ERASMO ROTEROD. SACRAE THEO
LOGIAE PROFESSORI.

A S
LEO, PP X.

ILECTE FILI SALVTEM, ET APOſtolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in Teſtamentum Nouum iam pridem æditæ,non tam quia noſtro nomini dicatæ fuerant, quàm quòd non uulgari, ſed noua & inſigni quadam eruditione præſtabant,omniúmque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas,illuſtratasq; fuiſſe, certiores facti non mediocriter gauiſi fuimus,ex prima illa æditione,quę abſolutiſsima uidebatur,coniecturam facientes,qualis hæc futura,quantum'ue boni,ſacræ theologiæ ſtudioſis,ac orthodoxæ fidei noſtræ ſit allatura. Macte igitur iſtius animi tui eſto, ac publicæ utilitati ſtudens,operi tam ſancto,ut in lucem exeat, ſedulo inuigila,dignam quidem tot laborum mercedem ab ipſo deo relaturus:à nobis uero meritam commendationem, & cunctis Chriſti fidelibus perpetuam laudem conſequuturus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum,Sub annulo piſcatoris.Die x. Septemb. M. D. XVIII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Euangeliſta.

LEONI DECIMO

PONTIFICI MODIS OMNIBVS SVMMO,
DES. ERASMVS ROTEROD. THEOL
LOGORVM INFIMVS S. D.

INTER TOT EGREGIA DECORA LEO Decime Pontifex Maxime, quibus undique clarus & ſuſpiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adiſti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus erudi torum hominum monumẽtis, quàm maiorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris cor/poris animiq; dotibus, quas partim diuini numinis in/dulſit benignitas, partim eadem aſpirante, tua parauit induſtria, non alia res te uerius aut magnificentius illu/ſtrauit, quàm quòd ad ſtum honorem, quo maior inter homines, homini non po/teſt contingere, parem norum attuleris innocentiam: neque enim uitam modo ab omni dedecore longe ateq; ſemotam, uerum etiam famam, nulla unquam ſiniſtri rumoris labe aſperſam ad pontificiam ſublimitatem pertuliſti. Id quod quum ubi/que difficillimum eſt, tum præcipue Romæ, cuius urbis tanta eſt libertas, ne dicam petulantia, ut illic à cotuicijs parum tuta ſit & integritas, ac ne ij quidem abſint à cri/mine, qui plurimum abſunt à uitijs. Quibus rebus factum eſt, ut Leoni non paulo plus ueræ laudis peperit, quòd ſummum pontificium promeruiſſet, quàm quòd accepiſſet. Iam in ipſa pulcherrimi ſimul & ſanctiſsimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximijs uirtutibus ſuſceptum honorem uiciſsim cohoneſtes, nihil tamen eſt quod te ſuperis pariter & mortalibus commendet efficacius, quàm quòd ſummo ſtudio pariq; ſapientia illud potiſsimum agis ac moliris, ut indies in melius prouehatur Chriſtiana pietas, hactenus temporum maximeq; bellorum uitio, nonnihil labefacta collapſaq;, ut eſt cæterarum item omnium rerum huma/narum natura, ni manibus pedibusq; obnitamur, paulatim in deterius relabi, uelu/tiq; degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius eſt reſtitu/iſſe, quàm condidiſſe. Proinde quando tu nobis uelut alterum præſtas Eſdram, & ſedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, ſarciendæ religionis prouinciam ſtrenue capeſsis, par eſt nimirum, ut omnes ubique gentium ac terrarum Chriſtiani, rem omnium pulcherrimam ac ſaluberrimam conantem, pro ſua quiſque facultate ad/iuuent. Iam uideo paſsim excellẽtes ingenio uiros ceu magnos & opulentos reges, Solomoni noſtro in templi ſtructuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli, ſeu potius homunculi, qualeſcunq; materias, aut certe caprarum pelles, ne nihil conferamus, mittere ſtudemus: uile quidem munuſculum, quod ad noſtrã attinet operam, ſed unde (niſi me fallit animus) Chriſti templo, ſi non mul/tum ſplendoris, certe non parum utilitatis ſit acceſſurum, præſertim ſi eius calculo comprobetur, de cuius unius nutu ac renutu ſumma rerum humanarũ pendet uni/uerſa. Etenim quum illud haberem perſpectiſsimum, præcipuam ſpem planeq; ſa/

cram,ut aiunt,ancoram,reſtituendæ ſarciendæq; Chriſtianæ religionis in hoc eſſe
ſitam,ſi quotquot ubique terrarum Chriſtianam philoſophiam profitentur,in pri
mis autoris ſui decreta,ex euãgelicis apoſtolicisq; literis imbibant,in quibus ſermo
ille cœleſtis,quõdam è corde patris ad nos profectus,adhuc nobis uiuit,adhuc ſpi
rat,adhuc agit & foquitur,ſic ut mea quidem ſententia nuſquam aliàs efficacius aut
præſentius:ad hæc,quum uiderem ſalutarem illam doctrinam longe purius ac ui
uidius ex ipſis peti uenis,ex ipſis hauriri fontibus,quàm ex lacunis aut riuulis, no
uum(ut uocant) teſtamẽtum,uniuerſum ad Græcæ originis fidem recognouimus,
idq; non temere neq; leui opera,ſed adhibitis in conſilium compluribus utriuſque
linguæ codicibus,nec ijs ſanè quibuslibet,ſed uetuſtiſsimis ſimul & emẽdatiſsimis.
Et quoniam nouimus in rebus ſacris,religioſe quoq; uerſandum eſſe,nec hac con
tenti diligentia,per omnia ueterum theologorum ſcripta circumuolãtes,ex horum
citationibus aut expoſitionibus ſubodorati ſumus,quid quiſq; legiſſet aut mutaſ
ſet. Adiecimus Annotationes noſtras,quæ primum lectorem doceant,quid qua ra
tione fuerit immutatum:deinde ſi quid alioqui perplexum,ambiguum aut obſcu
rum,id explicent atque enodent. Poſtremo quæ obſiſtant,quo minus procliue ſit
in poſterum deprauare,quod nos uix credẽdis uigilijs reſtituiſſemus. Quanquam,
ut ingenue dicam,quicquid hoc eſt operis uideri poterat humilius quàm ut ei di
candum eſſet,quo nihil maius habet hic orbis:niſi conueniret,ut quicquid ad reli
gionem inſtaurandam pertinet,haud alij conſecretur,quàm ummo religionis prin
cipi,& eidem aſſertori. Neque metus eſt,ne munus hoc noſtrum qualecunque,ſis
aſpernaturus,qui non loco tantum referas illum,qui donara non precijs ſed ani
mis ſolitus eſt æſtimare,qui duo minutula pauperculæ uidua,ſplendidis & opimis
diuitum donarijs prætulit. Iam an non quotidie uidemus inter auro gemmisq; ra
diantia regum donaria pratenſibus floſculis,aut hortenſibus herbulis concinnatas
corollas ſuſpendi diuis,quas,re tenuis,pietate diues offert plebecula? Alioqui quic
quid illud eſt,ſeu magnum,ſeu puſillum,ſeu ludicrum,ſeu ſerium,quod huius inge
nioli fundus produxerit:id omne,ut nullus dedicem,ſuopte iure ſibi poteſt uindica
re,ſummus ille apud ſuos,uirtutum ac literarum omnium Mœcenâs & antiſtes Gu
lielmus Varamus archiepiſcopus Cantuarienſis,totius Angliæ non tituli tantum
honore primas,ac tuæ ſanctitatis legatus,ut uocãt,natus:cui meipſum quoq; quan
tus quantus ſum debeo,non modo uniuerſum ſtudij mei prouentum. Siquidem is
(ut ne dicam interim,cuiuſmodi tum publice tum priuatim ir me fuerit) id præſtat
ſuæ Britãniæ,quod Leo præſtat orbi terrarum:quodq; Medicea domus iam olim
eſt Italiæ,uel hoc nomine terrarum omnium feliciſsimæ,hoc is ſuis eſt Anglis,ceu
ſalutare quoddam ſydus,ab ipſis fatis in hoc datus,ut eo præſide,quicquid eſt bo
narum rerum repullulet ac ſuboleſcat. Nam perinde quaſi uno in homine plures
ſint heroes,& in unico pectore non ſimplex inhabitet numen:ita miris modis Ar
chiepiſcopum gerit eccleſiæ,legatum ſedi Romanæ, conſiliarium regiæ, cancella
rium iuſtitiæ,Mœcenatem ſtudijs,cuius opera potiſsimum factum eſt, ut inſula
iam olim uiris,armis,opibusq; pollens,nunc optimis item legibus, religione,mori
bus,ad extremum ingenijs omni literarum genere perpolitis,adeo floreat,ut cum
quauis cæterarum regionum poſsit ex æquo contendere. Verum quo latius huius

laboris

laboris noſtri manaret utilitas,uiſum eſt,tui nominis apud omnes ſacroſancti,ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti commoditatem,præſertim quum huc uocet ipſa quoque rei ratio,quod pulchre congruebat,ut illius auſpicijs hæc Chriſtiana philoſophia deriuaretur ad omneis mortales,qui Chriſtianæ religionis teneret arcem,ac per eum proficiſceretur doctrina cœleſtis ad uniuerſos homines, per quem Chriſtus nos uoluit accipere, quicquid homines è terris euehit in cœlum. Quanquam adeo quid tandem uetat,quo minus hic liber gemina commendatione fultus,hoc etiam felicius & auſpicatius exeat in manus hominum,ſi duobus totius orbis ſummatibus uiris communiter fuerit conſecratus? Quandoquidem aris templiſq; uidemus hoc plus accedere maieſtatis ac uenerationis,quod pluribus ſimul diuis ſint dedicata. Iam hoc quantumlibet nouum uideatur,modo publicæ conducat utilitati. Et ea eſt Leonis modeſtia facilitasq;,ut hac parte non minus ſit maximus,quàm ea qua maximos omnes longo ſuperat interuallo. Et ea eſt Archiepiſcopi in omni decorum genere præſtantia,ut Leonem omnibus numeris ſummum,non alius magis deceat collega. Poſtremo ſi fas eſt apud tantum principem nonnihil Thraſonis è comœdia referre,quantumuis in ſpeciem humilis uideatur hic meus labor,tamen confido futurum,ut attentus lector aliquanto plus deprehendat in receſſu,quàm prima ſtatim fronte præ ſe ferat opus. Sed ne celſitudinem tuam iugi ſolicitudine terrarum orbi conſulentem,longiori ſermone remorans,in publica peccem commoda:quod reliquum eſt,cum plebeio lectore tranſigam:ſed prius illud apprecatus,ut cuius prouidentia Leo Decimus contigit ſubleuandis rebus mortalium,idem eum nobis & quàm maxime longæuum eſſe uelit & feliciſsimum. Baſileæ,anno reſtitutæ ſalutis milleſimo quingenteſimo decimoſexto,calendis Februarijs.

DES. ERASMI ROTERODAMI APOLOGIA

IAM VT PAVCIS occurram Apologia, reclamaturis, Paulus apostolus, referente Luca, fortunatum sese prædicat, quod apud Agrippam pro se causam dicturus esset, cui propter diutinam cum Iudæis consuetudinem, res omnes in quibus uertebatur quæstio, maxime cognitæ compertæq; essent. Atque utinam eodem nomine mihi quoq; gratulari possim, cui planè diuersum quiddam usu uenit atque Paulo. Nam ne opus quidem est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totum hoc negocium de quo controuersia est, non intelligunt: nec prorsus aliam ob causam calumniantur, nisi quod non intelligunt. Siquidem apud eos qui Latinas, Græcas & Hebraicas literas uel ad mediocritatem degustarunt, qui serio in uestigandis diuinæ scripturę mysteriis, qui feliciter ac diligenter in uetustis illis, ac non minus ueris quàm uetustis theologis uersati sunt, nihil addubito quin magnam initurus sim gratiam, etiam si quod conatus sum, parum assequutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hac opera nostra non magnopere est opus, quicq; soli damnare quædam possent, quod ob bonarum peritiam literarū ualeant iudicare, ij non solum comprobent suo suffragio nostram industriam, uerumetiam gratiam haud uulgarem habeant. Contrà qui hisce de rebus nullo modo possunt ferre sentētiam, & hoc magis egent huius laboris subsidio, quo longius absunt à bonis literis, ij non solum non amplectētur opus ipsorum paratum usui, uerum etiam obstrepent, calumniabuntur, damnabunt: quorū alterum extremæ cuiusdam ingratitudinis esse uidetur, alterum insignis impudentiæ. Quid enim fingi potest impudentius quàm damnare librum quem ne legeris quidem: tum eiusmodi, ut si maxime legas, tamen absq; linguarū peritia pronunciare de eo non possis? Quid autem ingratius, quàm pro tam immensis sudoribus uigiliisq;, quas tantū iuuandi animo susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idq; potissimum ab iis, ad quos potissimum operis utilitas sit reditura? Quum ubiq; fœda est ingratitudo, tum in nullos æque par est gratos esse, atq; in eos qui dispendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatum, nonnullo etiam ualetudinis ac uitæ suæ detrimento, in hoc totis uiribus incumbunt, ut ingenij sui monumentis orbi consulant. Verum haud scio, an usquam ingratius reperias mortaliū ingenium, nec aliâs esse uerius arbitror, quod non minus eleganter quàm grauiter dictum est à Seneca: Tutius esse, quosdam offendisse quàm demeruisse. Nihil æque perit, ait ille, atq; id quod cōfertur in ingratos. At magis perit officium, mea quidem sententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium: & minus gratiæ redit ab iis qui non cognoscūt meritum, quàm qui non agnoscunt. Nam ij tametsi dissimulāt, tamen apud se sunt obnoxij, nonnūquam pudore coguntur agnoscere. Deniq; spes est fore, ut aliquando resipiscant. Illi quod est beneficium, iniuriam interpretantur, & officio adiuti in ius uocant benemerentem. Theologorum in primis est, non solum gratitudinem præstare

ſtare, uerum etiam candorem & manſuetudinem. Et theologis potiſsimum hic meus defudauit labor, atque his theologis,quibus aut non uacauit aut non contigit,eas diſcere literas,ſine quibus diuina ſcriptura non poteſt ad plenum intelligi, aut officioſe tractari. Horum adiuuandis ſtudijs noſtrum impendimus ſtudium, ut quod illis ſua fortuna negauit,id noſtra ſuppeditaret induſtria. Et tamen ſi qui reclamaturi ſunt,ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici,non aſpernantur iureconſulti,recipiunt philoſophi,ſi quid ad illorum profeſsionem inſtaurandam conducit. Abſit ut ſoli Theologi pertinaciter reclamemus,& ipſi noſtris inuideamus bonis. Sanè permoleſtum eſt,pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Moleſtius ab ijs de quibus benemereri ſtudeas, calumniam præmij loco reportare,& à quibus tuo iure poteras exigere debitam gratiam, his actoribus iniuriæ cauſam dicere. Seneca,ſummum liberalitatis genus eſſe putat,ac diuinæ beneficentiæ proximum, ſi quis non tantum gratuito profit, uerum etiam ſciens perdat beneficium. At mihi uideor hoc quoque ſuperaturus,ſi de his quoq; pergam benemereri,qui beneficium iniuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, reclamantibus etiam & conuiciantibus ægrotis, tamen pergunt ſubuenire:ita nos hoc quoque uelut auctario beneficium noſtrum cumulabimus, ut beneficium quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos, ut quibus per ætatem aut occupationes uacat, Græcas deguſtent literas,& item Hebræas,ſi liceat. In ipſis arcanæ ſcripturæ fontibus diligenter philoſophentur: ueteres Theologos, quos & eruditio commendat & uitæ ſanctimonia,diligenter euoluant. Deinde noſtra,ſi uolent,conferant & expendant,atque ita demum probent,ſi quid recte monuimus:emendent amice,ſi quid ut homines aberrauimus à uero,& minus aſſequuti ſumus,quod ſedulo ſumus ſequuti. Quod ſi impetro, cauſam uici, pro accuſatoribus habiturus patronos. Cæterum à quibus hoc non impetro, ſaltem illud mihi uel precario donent, ut credant, me ſimplici pioq; iuuandi ſtudio quicquid hoc laboris eſt ſuſcepiſſe. Quod ſi parum alicubi ſucceſsit,error eſt,non ſcelus:& corrigi mereor,inceſsi non mereor. Nihil enim magis agnoſco,quàm me nihil ſcire. Profiteantur alij quantumlibet ingentia: ego pro mea tenuitate nihil profitens,præſto tamen quod licet,paratiſsimus ad palinodiã, ſicubi more hominum lapſus ſim,ipſe quoque mihi cenſor futurus,ſimul atque deprehendero. Cæterum diuus Hieronymus non fert reprehenſorem,qui damnare poſsit,docere non poſsit. Quorum illud tyrannicum eſt,hoc amicum & eruditum. Iam illud quemadmodum extra controuerſiam eſt apud eruditos, ita indoctis etiam,multorum libris perſuaſum eſſe reor,hanc Noui teſtamenti æditionem Hieronymi non eſſe,quemadmodum ab ipſo fuit emendatum. Tametſi nos,nec hanc qualiſcunq; eſt aut cuiuſcunq; eſt,neque conuellimus ullo modo,neque calumniamur. Tantum reſtituimus quæ temporum ac librariorum uitio fuerant deprauata, obiter indicatis & his quæ uel ambigue uel parum attente reddidit interpres:nam non recte,mihi religio eſt dicere,etiamſi id non ueritus eſt aliquot locis Hieronymus:idq; fecimus,neq; leui,quod dici ſolet,brachio,neq; temere,ſed primum ex canonum conſilio,ad Græcæ originis fidem,examinatis exẽplaribus Latinis,neq; tamen fidentes paucis,aut quibuslibet. Laurẽtius Valla ſeptẽ bonæ fidei codices ſe ſe

quantum fuisse testatur. Nos in prima recognitione, quatuor Græcis adiuti sumus: in secunda, quinque: in tertia, præter alia accessit æditio Asulana: in quarta, præsto fuit & Hispaniensis. Deinde consultis tum peruetustis tum emendatis aliquot Latinæ linguæ uoluminibus: nec hoc contenti, discussis & exploratis probatissimis autoribus, non oscitanter obseruauimus quid citarint, quid legerint, quid emendarint, quid interpretentur. Atque hisce rebus omnibus qua licuit uigilantia, certe summa fide collatis ac pensitatis, quod optimum iudicauimus sequuti sumus: & hac lege in medium contulimus, ut nihilo secius suo quisque iudicio frueretur. Iam uero si qui uerentur, ne sacrarum literarum autoritas uocetur in dubium, si quid usquam uaria uerit: hi sciant oportet, iam annos plus mille neq; Latinorum neq; Græcorum exemplaria pene omnia consensisse. Id quod ne fieri quidem possit, nimirum in tanta librariorū non solum turba, uerum etiam inscitia, oscitantia, temeritate. Vt ne commemorem quàm multa mutata sint ab eruditulis, aut certe à parum attentis. Comperio quædam erasa aut inducta à factionibus, quarum tumultu quōdam sursum ac deorsum miscebantur omnia, præsertim Orientis ecclesiæ, dum quisque pro suarum partium patrocinio scripturam uariat. Id certe factum non obscure complurib⁹ in locis declarat Hieronymus. Leuius deprauandi genus est, quoties lector aliunde quod congruebat adscribit: grauius, quum quod scholiastes annotarat in spatio, lector transfert in contextum. Quid aūt accidit religioni Christianæ, quod tot iam seculis aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambrosius, aliud Augustinus? Apud hos alicubi non modo diuersa comperies, sed & pugnantia, quum in summa Christianæ fidei consentiant. Quid accidit Græcis orthodoxis, qui sic sequuti sunt translationē Septuaginta, ut subinde meminerint, Symmachi Theodotionis & Aquilę? Quid facias, postea quàm nec ipsa horum temporum æditio per omnia sibi consentit? Qua de re si quis dubitet, huic fidem fecerint codices typis etiam excusi, cum annotamentis marginalibus quæ declarant uarietatem lectionis: & si id parum est, ex commentarijs Bedæ, Rabani, Thomæ, ex commentarijs Lyrani, ex commentarijs Hugonis Carrensis idem intelliget. Origenes iam tum querebatur inexplicabilem in euangelicis libris uarietatem. Et publicitus aliud legit Græcia, aliud Occidentis ecclesia. Et circa ætatem Hieronymi, quædā ecclesiæ sequebantur interpretationem Septuaginta, quædam nouā amplectebātur ex Hebræorū fontibus traditam. Atq; etiam post hanc ætatem, aliud legebāt Gallicanæ ecclesiæ, aliud Romana. Deniq; si excutias uetustos codices manu descriptos, quibus in publico cultu tum utebātur, duos uix reperies inter se consentiētes. Certe constat Augustinū codicibus usum, qui non uacabant mendis. Et tamen tot iam seculis constitit sua scripturis autoritas. Si codicum uarietas in totum abrogat fidem scripturis, & apud Hebræos & apud Grecos & apud Latinos uariant. Quæso quid periculi consequutum est, quòd sanctus Hieronymus uetus & nouum Testamentum mundo iam senescenti, ad Hebræam & Græcam ueritatem instaurauit? Reclamatum est tum à nōnullis, quibus ipse suis libris abunde satisfacit: nec ob aliud, opinor, reclamatum, nisi quòd nescirent eas literas. At num hinc uel tantulum incōmodi natum est Christianæ religioni? Augustinus fatetur ipsa codicū discordia, se non mediocriter adiutū fuisse, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret

efferret,id quod uel fortuito fieri neceſſe eſt. Quid deceſsit euãgeliorum maieſtati, quod ea Iuuencus heroicis uerſibus incluſerit? Quod Arator idẽ auſus ſit in Actis apoſtolorũ? Nos locos aliquot innouauimus,non tam ut elegantius redderemus, quàm ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi,ſi paraphraſi totam oratio nem nouaſſemus? Id quod propemodum fecit Hieronymus in ueteri teſtamento. Quibus hæc placet æditio,quam ego nec damno nec muto,his ſua manet æditio. Siquidem ea noſtra caſtigatione non læditur,ſed redditur illuſtrior,purior,emendatior. Illa legatur in ſcholis,canatur in templis, citetur in concionibus. Nullus obſtat. Illud auſim polliceri,quiſquis hanc noſtram domi legerit, ſuam rectius intelecturus eſt. Proinde ſi nihil offendit niſi nouitas,& illa iam uetus olim noua fuit,& hæc noua,ſi patiamur,olim uetus fuerit. Nimis imperiti eſt hominis, libros annorum æſtimare numero,ac non potius ipſarum rerum iudicio. Optarim & ipſe, in ſacris literis nihil eſſe deprauatum,nihil diſſidere. Atq; id ut optare eſt in procliui,ita nec fuit unquam,nec opinor futurum eſt unquam. Qui prædicant inuiolabilem diuinarum ſcripturarum autoritatem,his utroq; fauemus pollice. Qui has ſciens deprauat,cõtumeliam facit ſpiritui ſancto. Fatemur. Verum hæc maieſtas in ipſis eſt fontibus. Non errauit Eſaias,neq; quiſquam mutare nititur,quod ille ſcripſit. Non lapſus eſt Matthæus,nemo corrigit quod ille tradidit. Cum interpretibus,cum ſcribis,cum deprauatoribus nobis res eſt. Quòd ſi tota labaſcit autoritas,ob aliquot loca corrupta,oportuit ſpiritum ſanctum non minus aſsidere bibliographis, quàm prophetis & euangeliſtis. Nuſquam non adeſt ſpiritus ſanctus, ſed ita uim exerit ſuam,ut nobis portionem laboris relinquat. Autoritas illa inuiolabilis intra prophetas & apoſtolos aut euãgeliſtas ſtetit. Imò hæc eſt ſumma ſcripturarum laus,quod in tot linguas toties transfuſæ,toties ab hæreticis uel mutilatæ uel deprauatæ, tot modis incuria ſcribarum contaminatæ,tamen æternæ ueritatis uigorem obtinent. Sic omnibus malorum procellis ſollicitata,conſtat eccleſia. Is uero ſubſeruit ſpiritui ſancto,qui quod per homines deprauatum eſt,pro uiribus priſtinæ reſtituit integritati. Nunquam defuturi ſunt qui deprauent,proinde nunquam ceſſandum eſt à ſtudio caſtigandi. Aliud eſt igitur ſacra ſcriptura,aliud quod incommode uerterũt interpretes,aut ſcribæ corruperunt. Rurſus aliud eſt mutare publicam lectionem, aliud priuata publicam uel emendare uel illuſtrare. Atqui hæc mire confundũt quidam qui ſibi uidentur admodum dialectici. Neque refello quod aiunt quidam,in literis & apicibus latere myſteria,ſi modo illi agnoſcant hyperbolen. Alioqui non oportebat ſcripturam haurire niſi ex fontibus. Nam qui uertit in alienam linguam, à literis & apicibus longe lateq; cogitur diſcedere. De nominibus dei,præſertim de nomine tetragrammato mira iactant Iudæi,de nomine Ieſu nonnulla Chriſtiani, uerum hæc myſteria pereunt in translatione. Quin illud ipſum nomen Ieſu longe alijs elementis ſcribitur apud Hebræos,alijs apud euangeliſtas ac Paulum. Si tam ſeria res latet in punctis & apicibus,cur apoſtoli qui norant Hebraice,nomen illud ſacroſanctum non ijſdem elementis nobis tradiderunt,quibus ſcribitur apud Hebræos,quum toties in ſcriptis ſuis inculcent? Hoc argumento quum urgerem quendam,reſpondit,nomen Ieſu in omnibus noui teſtamenti libris deprauate ſcribi legiq;. Quòd ſi uerum eſſet, in tam inſigni errore tot iam ſeculis caligaſſet eccleſia

catholica

catholica. Imò probabilius est sic Græcos ac Latinos uulgo sonuisse nomen illud, & apostolos usurpasse receptam uocem, non sollicitos de elementis & apicibus. Quin ijdem euangelistæ & apostoli non fuere tam superstitiosi, in citandis scriptu/rarum testimonijs, interdum sequentes æditionem Septuaginta, nonnunquam ex Hebræorum fontibus adducentes, aliâs suo arbitrio reddentes sententiam, nec cum his nec cum illis per omnia congruētes. Iam quid attinet istos refellere, qui non mi/nus indocte quàm impudēter solent uociferari, facinus esse non ferendum, ut quis/quam corrigat euangelia, castiget canticum, magnificat, mutet precationem domini cam? O uocem uix auriga dignam, nedū theologo. Ne mihi succenseat ordo theo/logicus, quod theologū nomino: illis indignetur potius, qui quum essent primi no/minis theologi, hæc seditiosissime uociferabantur, & adhuc uociferantur in ordina/rijs professionibus sacrisq; concionibus. Sed ad rem. Fas est nebuloni cuiuis, euan/gelij codices deprauare, & nefas erit quod deprauatum est restituere? præsertim ho/mini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexer/citato, idq; tot Græcis ac Latinis uoluminibus, tot clarissimis autoribus in cōsilium ascitis? Mihi plurimis argumentis uehementer probabile est, uniuersum testamen/tum nouum Græce scriptum fuisse, non Latine. Certe si quis excipiat euangelium iuxta Matthæum, & unam ad Hebræos epistolam, de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptū fuit ab apostolis & euangelistis, in hunc iure clamitent, quod corrigat euāgelia: non in eum qui iuxta pontificum decreta ex Græcorum fontibus, ex sacrorum interpretum sententia syncera fide reponat, quod uel à scribis erat uitiatum, uel ab interprete parum apte redditum in Latinis codici/bus, quum Græce scripserint apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? quum diuus Hie/ronymus compluribus epistolis huius causæ patronum agat: qui nec ipse, quum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret, aut non fuisset nobis hoc laboris capiundum, aut fuisset quod sequeremur. Itaq; te quæso lector optime, quum occurret nouatū aliquid à nobis, ne protinus ad solitæ lectio/nis gustum ac saliuam rejcias ac damnes, quasi necesse sit malum esse quicquid di/uersum est, simul & me fraudās mea laude, & te operis utilitate: sed primum nostra conferto cum Græcis: quod quo promptius esset, illa è regione adiecimus. Expende num fidelius, num apertius, num significantius expresserim, quàm uetus interpres. Nec hic rursum protinus in ius trahāt, si minus uerbum uerbo respondeat: id quod ut maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, usquam à literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec inuitatus utilitate, sed uelut in re ludicra lasciuiens & oscitans? Quod si licet alicubi à literis ac syllabis recedere, ut certe licet, si me comperies sentētias ma/iori fide reddidisse quàm ille reddiderit, ne damna quod nouum est, sed amplecte/re quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Con/sule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi uel autoritate testium uel rationibus adductis, satisfacient. Fit interim ut diuersa sit lectio, fit ut ijsdem ex uerbis complu/res sensus accipi possint. Nos primum unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Cæterum in Annotamentis uarias referimus, aut indi/cantes quid nobis optimum uideatur, aut lectoris relinquentes arbitrio, quid sequi malit

malit. Sunt in quibus noſtra uulgata magis probatur æditio,aut Ambroſiana lectio,quàm Græci codices. Et tamen conſentientibus omnibus Græcis exemplaribus,quoniam illa mutare non licuit,Latina accõmodauimus,ne non reſponderent, quum in hoc ipſum adderentur.Cæterum id in ſcholijs diſcutimus.Cõperio quædam apud illos addita ex more ſolenni, ueluti coronidem illam ſic additam precationi dominicæ,quemadmodũ apud nos in calce pſalmorũ adijcitur Gloria patri. Ea non reſecuimus à contextu,ſed tamen in commentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi,quum quod frequenter comperio factũ,ex alijs locis adſcribit lector,quod in ſimili ſententia deerat alibi.Attamen id quoq; curauimus admonere. Proinde non ita tradimus hãc lectionem,quaſi certa indubitataq; ſint omnia,ſed quod ex noſtra emendatione,accedentibus annotamentis,non mediocriter adiuuãdus ſit lector uigilans & attentus. Inerunt permulta quæ ceu minutula friuolaq; contemnenda uidebũtur alicui. Verum qui conferet,qui expẽdet,qui tractabit & interpretabitur ſacras literas,is ipſe comperiet,in his minutulis nõ minimum eſſe utilitatis.Ad hæc,facile mihi ueniã dabit,huiuſmodi minuta perſequuto, qui cogitarit ad huiuſmodi ſcrupos primi nominis autores impegiſſe,nonnũquam & pudendo errore lapſos eſſe,nimirum ipſum Hilarium,Auguſtinũ,Ambroſium, & inter recẽtiores doctiſsimũ Thomam Aquinatem,ne iam cæteros cõmemorem. A quibus in hoc uerſanti negocio,nonnũquam diſſentire fuit neceſſe. Quod quidẽ ut ſemper ingenue feci,ita nuſquã contumelioſe,ne in iſtos quidem procacior,quorum impudẽs temeritas,& inſolens inſcitia parũ merebatur hanc ciuilitatẽ. In quos etiam ſi liberius inuectus fuiſſem,tamen apud eruditos omneis excuſaret me Plautinum illud,Quod dignis maledicitur,bene dictũ eſt,non maledictũ. Verum malui rationẽ habere quid me dignum eſſet, q̃ quid iſti mererentur.Erat animus,iſtorum ineptias omnino diſſimulare,niſi libri talium rabularũ paſſim manibus omnium tererentur,& oraculorum inſtar legerentur ac citarentur. Nec rurſus id à me factũ eſt affectate,ſed obiter locis aliquot,quo poſthac minus illis fidãt,qui quicquid apud huiuſmodi ſcriptores utcunq; poſitum aut additum repererint,id alba,quod aiunt, amuſſi in ſuos conuerrerent commẽtarios: aut certe quibus autores iſti magni ſunt, intelligerent,ob harum rerum quas indicauimus ignorantiam,magnos etiam autores inſigniter ac plus q̃ pueriliter hallucinatos eſſe. Alioqui ſi quicquid in horũ uoluminibus uel rideri uel improbari poterat,perſequi uoluiſſem,tum uere mihi inter manus nata fuiſſet ἰλιὰς πρωΐη, ut eſt in Græcorum prouerbio,nec ad ea refellenda una ſuffecerat ilias. Cæteros autem quos præter eruditionis cõmendationem ornat & uitæ ſanctimonia,tantũ abeſt ut inceſſam petulantius, ut ſæpenumero captatis etiam prætextibus,aut eleuem errorẽ,aut excuſem,aut tegam. Nec mihi ſuccenſere debent,ſi quid lapſus eſt Auguſtinus aut Thomas. Quum res ipſa clarior eſt,q̃ ut diſſimulari poſſit,imputent inſcitiæ linguarum,aut ſi malint,imputent illorum ſeculis. E re ſtudioſorum erat,illa nõ omnino diſſimulare. Non quod me putem ocu-
latiorem ſummis illis uiris,ſed quod alicubi fortaſſe fuerim attentior, & fortaſſe linguarum opibus inſtructior,certe q̃ Aquinas,qui Latine tantum nouit,nec id admodum exacte,quippe qui contendit luxuriã proprie pertinere ad libidinẽ. Quos omnes,ut ſemper ueri fuere ſtudioſiſſimi,magis propicios eſſe mihi cõfido,uel hoc nomine

mine,quod illorum libros aliquanto reddiderim purgatiores. Quid minutius hy/ poſtigma? At tantula res hæreticum gignit ſenſum, quemadmodum docet Aure/ lius Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana tertio,exempli cauſa citans illud Io/ annis:In principio erat uerbum apud deum,& deus erat.Et interpoſita diaſtola,ſe/ quitur: Verbum hoc erat in principio apud deum. Hanc lectionem hæreticam ap/ pellat,uidelicet eorum,qui negabant uerbum dei,deum eſſe. Item illud quod eſt apud Paulum in epiſtola ad Romanos: Quis accuſabit aduerſus electos dei? Ab hoc loco quæ ſequuntur,niſi per interrogationem legantur,ſenſum non hæreticum modo,ſed & prorſus blaſphemum efficiunt. Quaſi reſpondeas ad ſuperiora:Deus qui iuſtificat.Deinde quis eſt qui condemnet? Ad id rurſum reſpondeas:Chriſtus Ieſus,qui mortuus eſt. Idem offenſus amphibologia Paulini ſermonis, quum ait: Quod ſtultum eſt dei,ſapientius eſt hominibus:mauult ita reddi,Quod ſtultū eſt dei,ſapientius eſt quàm homines. quod alioqui uideri potuerit incertum,dandi ne caſu dictū eſſet hominibus an auferendi.Atq; hæc & alia his fermè conſimilia mul/ tis uerbis illic annotauit uir tantus,quę nihil negocij ſit animaduertere,etiam ſi nul/ lus moneat. Quid ſi is legiſſet tot portenta mendarum à nobis prodita ſublataq; tot craſsiſsimas diſcuſſas tenebras? tot ſenſus præpoſtere non ſolum ambigue red/ ditos,ſuæ reſtitutos integritati? an non hunc laborem noſtrum utriſque manibus complexus fuiſſet? Quædam autē tanta breuitate ſunt annotata,ut ni noſtram an/ notatiunculam ad locum ipſum conferas, non ſis animaduerſurus quid uoluerim. Nam quod compluſculis locis occurrent eadem,id data opera factum eſt,quo con/ ſuleremus lectori uel parum memori,uel inquirēdi laborem fugitanti.Et ſanè non/ nihil uereor,ne quemadmodū multos eſt offenſura nouitas, ita è diuerſo exiſtant, quibus hoc ipſum diſpliceat,quicquam eſſe quod conueniat cum ueteri interprete. Alijs nihil probatur,quod ſit diuerſum,alijs ineruditum uidetur,quod non tota ra/ tione pugnet ac diſſideat. Rurſus alios offendit ſermo paulo purior ac Latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicant,niſi quod prodigioſis ſcateat ſolœciſmis. Alij contrà faſtidiunt, quicquid non refert Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc opere ut non affectauimus eloquentiam,ita mūdiciem,ſi qua in promptu fuit,non reſpuimus. Non offenditur deus ſolœciſmis, at idem non delectatur. Odit ſuper/ bam eloquentiam,fateor:at multo magis ſupercilioſam & arrogantem infantiam. Nos toleramus iſtorum balbutiem,ferant ipſi uiciſsim noſtram qualemcunque di/ cendi mediocritatem. Verum ut aliquādo finiam,quemadmodum ingenue fateor eſſe permulta, quæ doctius tractari potuiſſent:ut non inficias eo,locis aliquot me dormitaſſe laſſum:ita res ipſa,ni fallor,indicabit, me poſt Laurentium Vallam,cui non hac tantum in parte debent bonæ literæ, poſt Iacobum Fabrum,uir/ tutis omnis & literarum antiſtitem: nec ſine cauſa uerſatum in hoc negocio, nec ſine fructu. Bene ualeto Lector amice:& ſi quid adhuc deſideras,à Præfa/ tione quam Annotationibus præfixi,petito.

DE DVABVS POSTRE-
MIS AEDITIONIBVS QVARTA ET QVINTA.

DES. ERASMVS ROTEROD.
PIO LECTORI S. D.

OMNIBVS omnium cauillationibus respondere, Lector optime, præter quàm quòd infiniti sit negocij, nec admodum ex huius operis dignitate fore uideo, nec operæpretium ullum intelligo: propterea quòd qui studium hoc nostrum sugillant ac traducunt, ferè non legunt, aut certe non intelligunt nostras apologias. Et iam satis illis responsum est duabus apologijs, quas primæ quoq; editioni, ceu clypeos, aduersus istorum tela præfiximus: præterea in epistola qua Martino Dorpio respondemus: ad hæc, in epistola ad insignē theologum Henricum Bolocum. Rursus in epistola contra quendam cuius nomen studio suppresi: postremo in apologia, qua pridem respondi Petro Sutori: nuper etiam rixatori glorioso responsum est hominum cauillis. Proinde hic capita duntaxat argumentorum annotabimus lectori uel occupato uel crassiori.

Primum illud testamur, & ubique testatum esse uolumus, nos nusquam à iudicio ecclesiæ catholicæ uel unguem aut digitum latum uelle discedere. Quòd si quid usquam eiusmodi deprehendatur, non data opera dictum, sed elapsum, ut sumus homines, id iam nunc pro recantato uolumus haberi.

Nec præimus eruditorum iudicio, nec publicarum scholarum autoritati præiudicamus. Manet incolume suum cuique iudicium. Annotationes scribimus, non leges: & expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

Nec ideo posteriores æditiones immensis sudoribus parauimus, quod prioribus omnino diffideremus: sed opus quod tum pro uirili proq; temporis spatio quàm fieri potuit optimum dedimus, nunc emendatius multo multoq; locupletius damus. Atq; id sanè facturos nos, prima statim æditione sumus polliciti. Quod quidem quo fiet sæpius, hoc plus erit lucri lectori.

Quod in æditione prima parcius fecimus, ueriti, ne tantam nouitatem non ferrent quidam: post hortantibus amicis magnis & eruditis, animumq; addentibus, uberius præstitimus, ut totus Noui Testamenti sermo simplex quidem, sed tamen Latinus esset, exceptis uerbis aliquot & idiomatibus quæ receptiora uidebam quàm ut mutari possent, sicut fides pro fiducia, fidelis pro fidenti, benedictus pro laudatus aut laudandus, in nomine Iesu, pro autore Iesu, siue fiducia Iesu, gratia pro beneficio gratuito. Nam mihi quidam nimis morosi uidentur, qui quum dialecticis, philosophis, rhetoribus, grammaticis, medicis ac mathematicis concedant peculiares uoces, quæ extra tractationem artis aut nihil omnino significant aut longe aliud significant, nihil eiusmodi permittunt in diuinis literis.

Neque parum multa adiecimus prioribus Annotationibus, & priores illas autorum nomenclatura communiuimus ob quosdam auidiores calumniandi quàm discendi.

Sed offenduntur qui Latine nesciunt, & ueteres solœcismos quibus assueuerunt, requirunt. Habent isti ueterem æditionem, per me quidem integram & intactam. Sciebam plurimos ob sermonis imperitiam, ne dicam spurcitiem, à sacris uoluminibus abhorrere. Boni consulent isti, si his quoq; consultum esse uoluimus, præsertim quum ipsi nihil perdant.

Sed indigni sunt, inquiunt, qui sacras literas ob sermonis simplicitatem fastidiunt. In sacris literis nec apicem mutamus, cum translatoribus ac deprauatoribus nobis res est. Nec simplicitatem tollimus, sed restituimus. Denique pium est & humanum imbecilles illecebra quadam primum allicere.

Non offenditur, inquiunt, deus solœcismis. Verum id quidem fortasis, at idem non delectatur. Excusat Augustinus sermonis uitium, non præfert. Et excusat in idiotis, non in

theologis, postremo tolerat inuitus. Nam in totum mutari malit, si liceat. Quod si solœcismus sensum reddit ambiguum, aut etiam peruersum, id quod locis aliquot indicauimus factum, detestatur Augustinus solœcismum. Quin & deus odit superbos solœcistas, qui recte loquentes insectantur, nec ipsi uolunt meliora discere, nec alios sinunt, ceu canes in præsepi, iuxta prouerbium.

Alioquin illud ab istis requiram, utrum omnes solœcismos amplectantur, an eos tantum quibus assueuerunt. Si quosuis amplectũtur, cur ab istis quoq; uapulant pueri, quum dicunt, Fuit in domo tuo, aut Friget corpus meus. Imò uel in templis exibilarent omnes, si diaconus pro Filio, legat Pilio: aut pro Philippo, Pilippum. Et tamen absurdiora sunt sæpenumero quæ committũt ipsi. Quod si nulli placent solœcismi, nisi quibus assueuerint, iam palàm est eos non duci iudicio recto, sed suis blandiri neuis, & eos imitari qui quum ab aliorum hulceribus abhorreant, sua tamen familiari scabie non offenduntur. Porrò quid interea fiet ijs qui solœcismis non assueuerunt?

Augustinus patitur barbare dici, Iustus ut palma floriet: pro florebit. sed patitur in plebe imperita: quod tamen ipsum ab ea mallet corrigi. Patitur ut eruditi pro Os, cuius paternus casus sit Osis, ossum dicant: sed quoties imperitis loquuntur, aliter non intellecturis. Nunc uero quum uulgo nemo Latine loquatur, quod Augustinus scribit de solœcismis non magis ad nos pertinet, quàm si moneret ut apud Gallos Gallice loquens concionator, uerbis Gallicis uulgo notis uteretur. Alioqui cur Augustinus ipse in suis libris non solœcissat, quum sæpenumero nec ab eruditulis intelligatur?

Augustinus non admittit solœcismos, nisi apud imperitos, ut dictum est, & in hoc duntaxat ut sententiam reddant dilucidam. At docuimus, locis aliquot interpretis solœcismis totam subuerti sententiam, & hac occasione magni nominis interpretes fuisse lapsos.

Porrò quod obijciunt, indignum esse diuinam scripturam subijci regulis Donati: ut à uiro sancto dictum est, ita non perinde circumspecte: quod quidem pace illius dixerim. Primum enim, interpretis sermo non est scriptura sancta, sed quod Moses, prophetæ aut apostoli scripserunt. Nos interpretis sermonem emendamus, & sanctæ scripturæ suam lucem restituimus. Deinde si contumelioſum est de rebus diuinis emendate loqui, in ius uocandi sunt ueteres penè omnes, Græci pariter ac Latini, qui non eleganter modo, uerum etiam eloquenter tractarunt res mysticas, & hoc nomine summam per uniuersam ecclesiam laudem sunt consequuti.

Mihi uidetur ad propagandum Christi euangelium pertinere, ut casto puroq; sermone tradatur, quatenus licet. Recte loquendi ratio, omnium est communis: at uaria res est barbaries, & intellectu difficilis, quippe recedens à sermone naturali. Vt nihil est dilucidius sermone recto, ita nihil facilius.

Quod si quis neget in hac interpretatione inesse solœcismos, non illos quidem hauſtos ex apostolico sermone, sed ex uulgi fece, consulat indicem meum, & mox, opinor, mutabit sententiam.

Ibidem uidebit quot locis hallucinati sint interpretes etiam magni nominis, tantum ob sermonis uitium. Ne quis putet nullum aliud esse incommodum, nisi quod parum munda sit oratio.

Porrò quanquam haud inficiamur, in apostolorum & euangelistarum Græco sermone nonnulla esse præter rationem grammaticam, tamen non erat causa, cur nos tantum solœcismorum prodigiosorum adderemus.

Et fortasis quod illis temporibus conducebat, ut apostolorum oratio esset inconditior, nunc expediat mutari: quando nec apostolico cultu nunc utuntur episcopi, sed in omnibus splendor accesit ecclesiæ. Olim expediebat apostolos eo sermone uti, qui latissime patebat, & à literatis pariter ac illiteratis intelligebatur, quandoquidem & Christum Syriace loquutum apparet: nunc ea ratio adeo locum non habet, ut ijs qui Latine didicerunt, noua balbutiendi ratio sit discenda ob interpretis non apostolorum solœcismos. Proinde ut olim abusi sunt apostoli ea lingua quam repererunt uulgo maxime communem: ita nunc conducibile fuerit, sacras literas eo sermone tradi, qui sit omnibus Latine doctis communis. Conuenit enim id esse communissimum, quod est rectissimum. Quod dictum est de sermone

mone apoſtolico,idem ualet in oratione ueterum interpretum,quum ſermo Romanus adhuc eſſet promiſcuæ multitudini communis.

Si ob eam cauſam diuinos libros expedit inerudite uerti,quo poſsint à pluribus intelligi,potiſsimum uertendi eſſent in linguam Gallicam aut Germanicam.Nunc ita uerſi ſunt quidam,ut aliquoties nec ab eruditis nec ab imperitis intelligantur.

Si non licet Chriſtianis recte loqui,cur Auguſtinus in libris De doctrina Chriſtiana, grammaticam recte loquendi magiſtram,ponit inter artes neceſſarias ad ſacrorum uoluminum intelligentiam?cur tot grammaticorum ſcholis plena ſunt omnia?cur tot laboribus excruciatur ætas illa rudis,an ut diſcat mendoſe loqui?

Vt nihil aliud ſit commodi,certe hoc boni habet ſermonis elegantia,quod ſimplex ſit & naturalis:quum inemendate loquendi ſexcentæ ſint ſpecies.

Tametſi nos in ſermone apoſtolorũ,quod crebro iam diximus,ne ſyllabam quidem mutamus,imò ſermonem illorum,uitio librariorum aut alioqui deprauatũ,reſtituimus.Proinde ne quis clamet,hic corrigit euangelium,hic emendat precationem dominicam:ſed,hic codices euangeliorum à mendis repurgat.Nec magis obiurgandus ſum,quàm qui ſcopis euerrit ſordes è templo.Non enim quicquid in templo eſt,continuo ſanctum eſt.

Iam ſi quicquid hic uertit interpres,ſpiritui ſancto libet adſcribere,& ob id nefas eſſe quicquam hinc demutare,cur audet reprehendere Hieronymus quod apud hunc legitur, nunc uerba taxans,nunc ſententiam,nunc ſubmouens quod adiectum affirmat? id autem non raro facit,etiam in his libris quos ædidit multo poſt æditam utriuſq; teſtamenti uerſionem.Cur audent diuerſum legere Cyprianus,Ambroſius & Auguſtinus?Cur aliud in ſolenni cultu legunt,aliud canunt per orbem terrarum eccleſiæ,præſertim in Pſalmis?

Hieronymus in Præfatione ad Deſiderium,plurimum intereſſe putat inter uatem & interpretem:Ibi,inquit,ſpiritus uentura prædicit,hic eruditio & uerborum copia,ea quæ intelligit,transfert:& tamen hic Hieronymus agit de Septuaginta,quorũ autoritas penè fuit ſacroſancta,& quos ipſe Hieronymus fatetur fuiſſe plenos ſpiritu ſancto.At nemo nouit quis hic fuerit interpres:nam innumeros fuiſſe teſtatur Auguſtinus,atque eos admodum tenuiter eruditos.

Arbitror nihilo plus honoris huic interpreti deberi quàm Septuaginta,quorum æditionem non raro ſequuntur & apoſtoli,ſed horum translationem mutauit eccleſia,ſimul atq; nacta eſt meliorem.

Vtrum autem uolunt huic uni hoc honoris haberi,an interpretibus omnibus? ſi huic uni,cauſam adferant cur huic potius quàm cæteris:ſi debetur omnibus,cæteris nimirum antiquatis facta eſt iniuria.

Non idem honoris debetur interpreti & euangeliſtæ,alioqui quiſquis concinnat aut deſcribit codicem euangelicum,hoc honoris ſibi poſtulabit. Verſantur omnes in re euangelica,ſed diſpari functione. Imò diuus Hieronymus interpretum operam,qua nobis ſacros libros in aliam linguam transfuderunt,confert cum ſtudio M.Tullij,quo quædam Xenophontis,Platonis ac Demoſthenis opuſcula Latinis dedit.

Si deus per Caiapham uirum malum ædidit prophetiam ueriſsimam, quid uetat quo minus per hominem linguis inſtructum,etiamſi non adſit peculiaris afflatus ſpiritus,recte uertantur libri ſacri.

Quoties Hieronymus Græcos orthodoxos ſequutus,adducit autoritatem Symmachi, Theodotionis & Aquilæ,hæreticorũ Iudaiſantium?& nobis inuidemus ſi quis quid commonſtret. In Daniele,Theodotionis æditio prælata eſt translationi Septuaginta:indicat hoc Hieronymus enarrans caput huius prophetæ quartum.

Quod ſi iuxta Hieronymum optimus interpres eſt qui linguas & rem optime teneat, opinor me neutra in re hoc certe interprete uideri inferiorem:ne nihil de meipſo dicam glorioſe. Tametſi uidetur hic interpres magis incogitantia peccaſſe,quàm imperitia, multaq; tribuiſſe uulgo idiotarum quibus iſta tum ſcribebantur.

Porrò ſi prorſus in interprete requirũt afflatum ſpiritus ſancti,quid obſiſtat quo minus & nobis adſit communis omnium Chriſtianorum ſpiritus,qui ſolet uberius opitulari iis qui ſuam quoq; induſtriam adiunxerint.

Sunt qui miris modis attollunt huius interpretis ſanctimoniã,pietatem & eruditionem, eumq; tantum non ſupra ſeraphicos ſpiritus collocant, quum interim ſi quis percontetur, Gallus fuerit an Sarmata,Iudæus an Chriſtianus,uir an mulier,nihil habituri ſint quod expedite reſpondeant,quando ne nomen quidem hominis quiſquam nouit. Verum hæc exaggerant,quo mihi moueant inuidiam.

Donemus illi uertenti adfuiſſe ſanctum ſpiritum,aut Hieronymo huius uerſionẽ emendanti.Credimus eundem ſpiritum adfuiſſe omnibus eccleſiæ doctoribus,& tamen fas eſt ab illorum ſententia recedere,ſi quis melius aliquid repererit.

At peculiarem illum ſpiritus afflatum in ſolis canonicis libris credere neceſſe eſt,in quibus nihil eſt quod à uero diſcrepet,etiamſi ſenſui humano interdũ ſecus uideatur. Verum hic diſtinguẽdum eſt quod ſcripſit propheta aut apoſtolus,ab eo quod uertit interpres aut deprauauit ſcriba. Rurſus diſtinguendum eſt inter uitium ſermonis,& uitium ſententiæ. Aliquod uitium ſermonis eſſe in ſcriptis Pauli,nihilo contumelioſius eſt in apoſtolum,q̃ ſi dicatur geſtaſſe pertuſam tunicam.

Rurſus hoc honoris & autoritatis non debetur prophetis & apoſtolis niſi in his uolumínibus quæ in Canonem recepit eccleſia. Veriſimile eſt enim Paulum uarijs de rebus ſcripſiſſe epiſtolas,quæ tamen ſi prodirent,non ſtatim illas cogeremur amplecti tanquam oracula ſancti ſpiritus. Quanto minus hæc autoritas quæ ſolis Canonicis libris debetur, tribuenda eſt huic ignoto interpreti,& uni de numero multorum quos Auguſtinus fatetur fuiſſe parum eruditos.

Sed hanc recepit eccleſia Romana.Ne id quidẽ ſimpliciter uerum eſt.Obſeruet qui uolet quid legat eccleſia Romana:comperiet multa diſſonare.Hæc uidetur fuiſſe Gallorum, quæ quum iam tederet infinitæ uarietatis,locum obtinuit.Nec ita recepta eſt,ut nefas ſit in ea commonſtrare quod melius reddi poterat.

Sunt æquiores qui ſtudium hoc meum non damnent quidem,ſed indignantur interpretem quem tot annis honorauit eccleſia,alicubi parum ciuiliter fuiſſe tractatum.Hac in parte nonnullam agnoſco culpam,uel hoc argumento quod poſterioribus æditionibus multa ſum moderatus,utique facturus idem,ſi in prima ſtatim æditione fuiſſem admonitus.Sed quid facias iſtis,qui petulantiam non ferendam arbitrãtur, ſicubi excidit mihi,interpretem laſciuire copia? Humanum eſt quod illi impingo,non impingo falſi aut impietatis crimen, & arbitror fuiſſe uirum bonum.

Damnant quod elenchis uarijs & annotationibus commonſtrans ſolœciſmos ac locos incommode redditos,conatus ſim illum in cõtemptum adducere.Ea mens mihi nunquam fuit,ſed huc ſtolidis & improbis clamoribus plurimorum adactus ſum.Si quis requirit argumentum,in prima æditione nullus eſt additus index huiuſmodi.Negligi poterant iſtorum latratus,ſi ſe intra domeſticos parietes continuiſſent,ſed eruperunt in frequentes ſcholaſticorum conuentus,in ſacras ac publicas conciones,in aulas ac menſas ſummorum principum.Et quo non? Nec erat modus neq; finis.Nec erant plebei qui fabulã hanc agebant, ſed planè tragica perſona reuerendi,Dominicani,Franciſcani,Carmelitæ,Cartuſiani:præter religionis maieſtatem etiam doctoris titulo multitudini imperitæ uenerabiles:quidam etiam mitra cõſpicui.Itaq; ſi quid mihi excidit in Indicibus dictum liberius,horum improbiſsimæ petulantiæ magis erat imputandum quàm mihi.

Alicubi dixi quoſdam turpiter aut pudẽdo errore lapſos.Dicere poteram inſigniter aut manifeſto errore lapſos.Sed iſti putant turpiter & ſcelerate ſemper idem ualere.Ego turpiter dixi,pro Indecenter.ac mihi uidetur omnis in ſcripturis error eſſe pudẽdus. Alioqui cur beatus Hieronymus aliſs laudantibus priores in Abdiam commentarios,ſcribit ſe erubuiſſe.Si non eſt pudendus error,qui per imprudentiã committitur, Hieronymus & illos commentarios ſedulo bonoq; animo ſcripſerat.

Videbant & priſci doctores ſolœciſmos in hoc interprete,cuius uerſionem ſi caſtigauit Hieronymus,non emendauit niſi ſenſus,orationis uitia negligens.Si piaculum eſt indicare ſolœciſmum aut ſenſum incommode redditum,quanto grauius crimen erit idem facere in Veteri teſtamento,quod ut ipſi aſſeuerant, totum,aut penè totũ ex Hebræorũ & Chaldæorum fontibus nobis tradidit Hieronymus.Atqui complures extiterunt qui hic non uer

ba tantum reprehendunt,uerum etiam ſenſus ex diametro pugnantes. Nec hos quiſquam uocat in ius. Vt enim de Capnione ſileam,tale quiddam auſus eſt Lyranus & Burgenſis. Et ut ad uiuos ueniam,Paulus epiſcopus Sempronianenſis, R. D. Thomas cardinalis Caietanus in utrumq; Teſtamentum, Felix in Pſalterium, Auguſtinus Eugubinus in Pentateuchum. Ab his innumera loca proferuntur,in quibus libere diſſentiunt ab interpretatione Hieronymi. Et horum labores cum plauſu,ut ęquum eſt,excipiuntur. In me leuiora molientem totus inſurrexit orbis. Sed hoc ferè uſu uenit omnibus ad res præclaras uiam aperientibus. Terrifica ſunt prima excetræ ſibila.

Poteram & ego diſſimulare ſolœciſmos: ſed diſſimulare offendiculum ad quod impingunt ſcripturarum enarratores,non eſt ciuilitas,ſed iniquitas. Interpres uel hoc colore ſatis excuſatus eſt à ſolœciſmis,quod iſta ſcripſit non eruditis,ſed promiſcuæ plebi,fabris,textoribus ac fullonibus.

Audio quoſdã adeo ſuperſtitioſos,ut nihil patiantur immutari à uerbis euangeliſtarum in uertendo. Quaſi uero iſthuc uertere ſit,ac non potius peruertere. Duabus rebus conſtat oratio,uerbis ceu corpore,& ſentẽtia uelut anima. Si utrumq; reddi poteſt,non obſto quominus fiat: ſi non poteſt,præpoſterũ fuerit,interpretẽ uerborũ tenacem à ſentẽtia recedere.

Si prorſus contendunt uerbum eſſe uerbo reddendum,cur toties à uerbis recedit hic interpres,aliquoties nulla inuitatus commoditate? Si licet,utiq; ſemper hoc ſpectandum erit interpreti,ut ſententiam bona fide uerbis quàm aptiſſimis efferat.

Nec conſtat,nec probabile eſt,hanc,qua uulgo utimur,æditionem,ullius ſynodi autoritate fuiſſe comprobatam. Neq; probabile eſt,in ſynodis hac ſola patres uſos fuiſſe,quæ ex Græcis,Latinis ac Barbaris conſtabant: quorum alius Græce citabat,alius Ambroſium ſequebatur,alius Cyprianum aut alium quempiam,ſed tantum uſu publico receptam.

De Septuaginta non ueretur pronunciare Hieronymus,illos uertiſſe uerbis ambiguis quod non intelligebant: & alicubi conuerſionem illorum mendacium appellat. Nec paucis locis nominatim indicat manifeſte lapſos in reddenda ſcripturæ ſententia. Cur igitur putemus ſacrilegium eſſe,ſi quis ab hoc ignoto diſſentiat?

Vtitur hac iam,ut dictum eſt,annis aliquot eccleſia Romana: ut iſthuc largiamur,at nõ utitur ſola: nam & Hieronymum legit,& Ambroſium: & cãtus eccleſiaſticus ſæpenumero diſcrepat ab hac æditione. Nec ſic utiẽ,ut decernat,nihil illic eſſe,quod poſsit reddi melius.

Diu uſa eſt eccleſia ueteri conuerſione ueteris teſtamenti,quæ quod Septuaginta Græce uerterant,ad uerbum reddit ſermone prorſus abſurdo: quod palã fuerit,ſi quis legat Auguſtinum De loquutionibus. Nec ideo reſpuit commodiorem interpretationẽ,quæ priori ſubſtituta eſt per Hieronymum,ut arbitrantur,& ex parte uerum eſt.

Quod ſi quis omnino contendat,nuſquam ab interprete diſſentiendũ eſſe,Primum excuſet ea loca,in quibus oſtendimus illum palã uel dormitaſſe uel lapſum eſſe,uel ita inſcite reddidiſſe Græca,ut ob illius incõmodam interpretationẽ ſummates theologi qui tantum Latine ſciebant,aut non conſuluerunt Græcos codices,inſigniter lapſi ſint: iam enim non auſim dicere,turpiter. Hæc ſi notiora ſunt quàm ut negari poſsint,fateamur interpretem hominem fuiſſe,ne quid dicam acerbius.

Etiamſi pleraq; ſunt eiuſmodi,ut probabile ſit,uitio librariorum inducta fuiſſe: proinde ut interpretationem approbet eccleſia,certe deprauationem non approbat.

Neq; quicquid receptum eſt in uſum eccleſiaſticũ,continuo receptum eſt iudicio. Quædam caſu irrepunt,ad quæ conniuet eccleſia,præſertim ſi non uideantur ad fidei morumq; periculũ pertinere. Imò fieri poteſt,ut in hoc genere quædam ad tempus ignoret eccleſia.

Quum Damaſus hoc negocij daret Hieronymo,ut nouum teſtamentum ex Græcorum fontibus emendaret,habebat nimirũ iam tum eccleſia quod legebat,& fortaſsis ſeculis aliquot legerat. Id ſi ſyncerũ erat,quid opus erat emendatione Hieronymi? Sin corruptũ,palã eſt eccleſiam ad tempus uti,quod ſit in melius uertẽdum. Idem dico de uetere teſtamento.

Non ideo uacillat autoritas ſcripturæ ſacræ,ſi mendæ tollantur è codicibus: imò potius uacillaret,ſi cõſtet nos uti deprauatis exemplaribus: atq; id certe negari non poteſt. Cui incommodo ſi nullus admoueret remedium,ut eſt rerum humanarum natura,ſemper in deterius prolabi,tum uere confuſis exemplaribus uacillaret ſcripturarum autoritas.

Optandum ut nullum mendum insit sacris libris,& ad id,quantum fieri potest,enitendum est. Verum id non contingit post annos mille trecentos,nec fortasis unquam continget ad plenum.Bene nobiscum agetur,si quàm minimum insit mendarum.

Proinde ne nos quidē profitemur omneis mendas à nobis sublatas,plurimas certe sublatas audebimus profiteri:& nos rem eò deduxisse,ut posthac codicibus quàm minime mendosis uti liceat,si quis hoc filum sequutus,emēdare uelit,cum autoritate pōtificis Romani.

Nos enim non sic proponimus hanc æditionē,ut uelimus per omnia haberi emēdatam: sed quod apud Græcos frequentissimū habetur maximeq; constans,id uertimus,indicātes ubi nostra cum Græcis consentiant aut dissentiant,& quid nobis rectissimū esse uideatur.

Hic obiter illud incidit admonēdum,esse Græcorum quosdā noui testamenti codices ad Latinorū exemplaria emendatos.Id factum est,in fœdere Grecorū cum Romana ecclesia: quod fœdus testatur Bulla quæ dicitur aurea. Visum est enim & hoc ad firmandā concordiam pertinere.Et nos olim in huiusmodi codicē incidimus,& talis adhuc dicitur adseruari in bibliotheca pontificia. Verū ex his corrigere nostros,est Lesbiam,ut aiunt,admouere regulam.Illud potius spectandū quid legerint ueteres Græci,Origenes,Athanasius,Basilius, Gregorius Nazianzenus,Chrysostomus,Cyrillus ac Theophylactus.Hoc eò usum est ad monere,quod iam nunc quidā iactitant se trecenta loca notasse ex codice pontificiæ bibliothecæ,in quibus ille consonat cū nostra uulgata æditione Latina,cum mea dissonat.Quòd si nos urgent autoritate Vaticanæ bibliothecę,codex quē sequutus est in nouo testamento Franciscus cardinalis quondam Toletanus,non modo fuit eiusdē bibliothecæ,uerum etiā à Leone x missus est,ut hoc ueluti bonæ fidei exēplar imitaretur.Atqui is penè per omnia consentit cum mea æditione,dissentiens ab eo quem nunc quidā nobis obijciūt maiusculis descriptū literis.Ab illo enim dissentiat oportet,si consentit cū uulgata Latinorū æditione.

Scio res sacras reuerenter ac religiose tractandas,& idcirco licet in infima functione uersantes,tamen omni qua licuit circumspectione sumus usi.Contulimus utriusq; linguæ uetustissimos ac probatissimos codices,nec eos sanè paucos.Excussimus ueterū ac recentiorum commentarios tum Græcos tum Latinos.Obseruauimus quid diuersi legant.Pensitauimus ipsius loci sententiam,atq; ita demū pronunciauimus quid sentiremus.Imò ne pronunciauimus quidem,sed lectorem admonuimus,suum cuiq; iudiciū liberū relinquentes.

Beda,Rabanus,Thomas,Lyrensis & Carrensis,alijq; his obscuriores, satis habent annotasse, Alia litera sic habet. quod sic in codice quopiam scriptum,aut fortasse deprauatū offenderint:& uidentur rem utilem præstare.Et nobis obstrepitur,qui tot argumentis ac sum morum uirorum autoritate ueram lectionem restituimus?

Si uarietas abrogat fidem libris,iam olim uariabant codices ætate Origenis,ætate Hieronymi,ætate Bedæ,ætate Thomæ, deniq; nostris etiam temporibus hodieq; uariant,& tamen adhuc sacris libris sua constat autoritas.

Si loca quædam deprauata fidem eleuant arcanis uoluminibus,iam olim id usu uenisset temporibus Origenis,qui Homilia in Matthæū octaua,queritur hac de re his uerbis:Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus,siue per negligentiam scribētium,siue ex temeritate quorūdam,siue propter eos qui negligunt emendare scripturas, uel propter eos qui,quod ipsis uidetur,in emēdatioribus uel adijciunt uel subducūt. Audis lector,iam tum uariasse libros? audis fuisse deprauatos? audis quædam adiecta aut subtracta?

Atq; ut ille non est ausus,in nouo præsertim testamento,pronunciare per obelos & asteriscos,sed tantum admonere lectorem:ita nos,quid nobis uideretur,& quamobrem uidere tur,seperatim ostendimus,nequaquā admouentes manum receptæ uersioni,nec aliud profitentes quàm Latine reddere nos quod in Græcorum libris habetur,quibus usi sunt orthodoxi Basilius,Chrysostomus,Cyrillus,Athanasius.

Hoc fortasse uincimus Origenem,quod illi nihil erat quod sequeretur in nouo testamento,præter codices Græcos.Nos Græcos cōtulimus cum Latinis,& ab utriusq; linguæ probatissimis interpretibus adiuti sumus:quum is penè primus scripserit in libros diuinos.

Si quis contendit nullum omnino mendū esse in libris sacris,quid fiet ijs locis,quæ tam palàm deprauata sunt,ut nulla sit tergiuersatio? Sin fatentur aliquot locos uitiatos,cur non sinunt corrigi,quicquid corrigendum esse uidetur?

Sed

Sed audio quoſdam ita loqui: Rem amplectimur, ſed offendiculum datur multitudini, ſi ſenſerit in libris quos hactenus ſequuti ſumus, ineſſe quicquam uel uitiatum uel non intellectum. Primum non iſta ſcribuntur multitudini, ſed eruditis, & præcipue theologiæ candidatis. Hos offendi non oportet. Neq; nos correctionem appellamus laborem noſtrum, ſed annotationes. Neq; cuiquã moleſti ſumus, aliter citanti, & ueterem autꝫetiam deprauatam æditionem ſequenti. Ab ipſis potius naſcitur offendiculũ, qui in publicis concionibus, qui in compotationibus, qui in uehiculis ac nauibus apud idiotas ac mulierculas uociferãtur, eſſe qui ſacros libros & precationem dominicam emendet.

Miſera uero conditio ſacrorum uoluminum, ſi horum autoritas pendet ab indoctis, ut ferè ſunt, librarijs, aut temulentis typographis.

Non uociferanť in eos, à qbus palã eſt ſacros codices uitiari quotidie, quũ ſint illiteratiſſimi q hoc audẽt. In me clamitãt, hominẽ in hoc certe genere ſtudij, quod à linguarũ peritia pẽdet, nec omnino indoctũ, opinor, nec inexercitatũ. Illis temere licet ꝓ ſuo arbitratu deprauare, mihi nõ licebit ex fide ueterũ codicũ, ex ꝓbatiſſimorũ interpretũ autoritate reſtituere? In illis non requirunt autoritatẽ, ſatis eſt illitũ eſſe chartis, in me requirũt penè miracula. Cur, inquiũt, credamus Eraſmo? Imò ſi Eraſmo diffidũt, fidant qualicũq; theologo. Nam ſi mihi tradita eſt autoritas interpretãdi ſacras literas, mirant ſi auſim de lectione qcq̃ hiſcere? Quanquam non poſtulo, ut mihi credant. Credant uetuſtis & emẽdatis exemplaribus, credant Græcæ ueritati, præſertim ubi horum lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Poſtremo nec his credant, ſed rem ſecum expendant, & ſi quid habent rectius, in medium conferant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli præcluſa eſt uia, meliora quærendi, imò potius aperta eſt.

Hieronymo, inquiũt, mandauit Damaſus. Mandauit, ſed ut amicus, nõ ut ſummus pontifex. Mandaſſe legimus, approbaſſe non legimus. Poſtremo extra controuerſiam eſt, non extare caſtigationem Hieronymi ſaltem integram. Id quod à me dilucide probatum eſt alibi. Et conſtat, hanc rurſus uitiatam, ut maxime demus fuiſſe Hieronymo caſtigatam, quod tamen certiſsimis argumentis promptum eſt refellere.

Nihil, inquiunt, tentandum abſq; ſynodi autoritate. Quid magis ridiculum dici poſsit. Vt mihi liceat admonere, quid uel à ſcriba uideatur corruptũ, uel ab interprete melius reddi potuerit, præſertim ex ueterum ſententia, tota ſynodus erit conuocanda? Quotidie noui ſcribuntur commentarij in ſacras literas, proponũtur oracula de rebus grauiſsimis, tot conduntur articuli, nec ulla ſynodus requiritur.

Quid ſi nouum teſtamentũ uertiſſem carmine, quod fecit Iuuencus, aut paraphraſi dilucidius explicuiſſem: an ob eam rem putant indicendã fuiſſe ſynodum? Nunc tantum quod eſt in Græcis uerto, aliquoties nõ probans quod apud illos legitur, & noſtra præferẽs, quan q̃ in Græcis codicibus præter deprauata nihil extat, unde periclitetur Chriſtiana doctrina.

Quod ſi nefas iudicant quicquam extare diuerſum ab hac æditione, abolẽdi eſſent Ambroſiani commentarij, ſupprimendus Cyprianus, Hieronymus & Auguſtinus, nihil attingendum Græcorum interpretum, quos uerſos legunt & ſcholæ & eccleſiæ Chriſtianorũ. Atq; eadem ratione nefas habebitur, nouum ac uetus teſtamentum ædidiſſe Græce, quod nuper ex Aldi mei prodijt officina, ac mox idem præſtitit Franciſcus archiepiſcopus Toletanus, approbante Romano pontifice, qui ſuppeditauit exemplar in nouo teſtamẽto, cum quo noſtra æditio ferè conſentit in omnibus.

Nos opus hoc dedimus, non, unde non liceat diſſentire, ſed quod ad emẽdandos pariter & intelligendos ſacros libros magnopere conducit. Et ut nos proponimus, ita probat ſuo ſcripto Leo x pontifex uere maximus, hac quoq; parte conſultum eſſe cupiens religioni Chriſtianæ. Scio hic leuis eſt Romani pontificis autoritas, quam plus quàm ſacroſanctam uideri uolunt, quoties illius diplomatis datur ius abſoluendi inuitis paſtoribus, aut alia functio unde meſsis eſt aliqua non pœnitẽda, aut ius occupandi plura ſacerdotia. Verum hic potius ualere oportuit, quod in illis emitur nonnunquam & extorquetur pontificis indulgentia. Hic gratuito fauor impenſus eſt, nec tam homini quàm rei.

Tot mendas ſuſtulimus, tot loca male reddita explicuimus, tot prodigioſos ſolœciſmos amouimus, tot nodos, in quibus hæſerunt & ueteres, extricauimus: tot inſignes lapſus au-

torũ indicauimus,tot amphibologias reſecuimus,tot hyperbata digeſsimus:ut finiam,tot ſenſus antehac obſcuros ac nubilos illuſtrauimus,tantam utilitatẽ gratis detulimus,& uociferantur quidam aduerſus benemerentem. Si uel leuis error occurrit,concitant,ut dici ſolet, Tyria maria:pro bene geſtis,nulla eſt gratia.

Iam non me clàm eſt,hoc male habet quoſdam quòd à magni nominis ſcriptoribus diſſentiam. Qui fauent Auguſtino,fremunt,me non per omnia cum illo ſentire. Qui Thomę addicti ſunt,dolent illum attingi. Franciſcani nollent refelli Lyranum aut Scotum. Atqui ſi hanc accipimus legem,à nemine prorſus licebit diſſentire,quum ipſi tamen inter ſe diſſentiant. In hoc opere,ueritatis maior quàm autoritatis erat habenda ratio.

Non eſt contumelioſum à quamlibet probatis autoribus diſſentire,ſi rationibus adductis id facias. Hoc intereſt:ſunt à quibus par eſt reuerenter diſſentire,uelut ab Hieronymo, ab Ambroſio,ab Auguſtino:ſunt quibus hoc reuerentiæ non debetur, Thomę fortaſſe debetur,Lyrenſi aut Carrenſi non debetur,neq; doctrinæ neq; ſanctimoniæ nomine. Et referebat,hos aliquot locis taxari,quod uiderẽ ſolos mira fiducia,ſed nullo iudicio paſsim legi.

Sed cauillor in hos fortaſsis uno aut altero loco. Primum ipſis imputetur qui tam ridicula ſcripſerint,non mihi. Deinde ſi ſtomachantur quòd hos aliquoties attingo,cur non magis agnoſcunt ciuilitatem meam,quum ad tam multa conniueo: quæ nequaquam præteriturus eram,ſi animi cauſa taxaſſem illos. Quod aliquoties attigi,coegit ſtudiorum utilitas: quod rarius id facio,datum eſt Chriſtianæ modeſtiæ.

Quanquam & hoc libuiſſet diſsimulare,ſi per iſtos licuiſſet qui uociferabantur hunc laborem prorſus infrugiferum fore,utpote puerilem & grammaticum. Nunc ut puerilis omnino contemni non poteſt,qui commonſtrat in quibus ſummi doctores lapſi ſunt.

Verum hoc ipſum,ni fallor,offendit pleroſq;,quod admonentur quaſi hactenus aliquid ignorarint in his literis,quarum ſcientiam profitentur:& pudet quæ imberbes didicere,ſenes perdẽda fateri. Primum ridiculum arrogans ſit,qui profiteatur ſe nihil neſcire:deinde tanti hæc quoq; diſcant,& deſinẽt ignorare. Hac uia probrum hoc optime effugerint. Nunc iſtiuſmodi uociferationibus magis etiam traducunt ſuam inſcitiam.

Quòd ſi uſq; adeo inuiſa eſt nouitas,ut ferri non poſsit,fuit & hæc æditio qua nunc utimur,olim noua. Et ſtultiſsimum eſt,rerum æſtimationem ab annis ſumere. Hac æſtimatione res præclara fuerit ebrietas,quæ eſt uetuſtiſsima,& ex priſcis uſq; ſeculis in hanc ætatem deducta. Quin rem ipſam potius quàm annales expendimus?

Si nouitas offendit,nos uetera inſtauramus,& nouitatẽ excludimus. Nam poſterior eſt æditione,deprauatio. Si qui ſunt qui nõ poſſunt mutare ſaliuã quam à pueris imbiberunt, manet iſtis ſua uetus æditio,ſi uolũt,tum dilucidior tum emẽdatior:ſi nolunt,eadẽ & ſui ſimilis. Si glandes iſtorũ palatũ obſtinate delectãt,ſaltẽ ne inuideãt ijs qui tritico ueſci malũt.

Vtrum quæſo fas eſt,poſt ueteres aliquid inquirere,an non? Si fas non eſt,cur auſi ſunt Alexander ac Thomas,& poſt hos alij complures,totam theologiæ faciem immutare? Si fas,cur noſtris obſtrepunt ſtudijs,præſertim quum & nullius iudicio præſcribãt,& ueterũ autoritate nitantur? Etenim ſi fas eſt inducere noua,multo magis fas eſt reuocare uetera.

Si nihil aliud quàm codices noſtros emendaſſem ex Græcis exemplaribus,comprobanda erat induſtria,qui id conatus eſſem quod Auguſtinus non uno in loco fieri iubet. Nunc non hoc contentus,ex orthodoxorum commentarijs rem peto.

Vt donemus nihil eſſe mendi in libris noſtris,tamẽ multis de cauſis oportebat ad fontes cõfugere,ob amphibologias,ob quędã obſcure reddita,ob tropos & emphaſim Gręcanicę phraſeos,quæ ſæpenumero reddi nõ põt,ob gratiã idiomatis,quæ in uertẽdo nõ reſpõdet.

Vt donemus Græcorum libros æque deprauatos eſſe ac Latinos,tamen ex collatis exemplaribus æque deprauatis ſæpe deprehenditur uera lectio:propterea quod ſępenumero fit,ut quod hic caſu deprauatũ eſt,in alio codice reperiatur integrum:aut ſaltem ueſtigijs quibuſdam datur ueræ lectionis coniectura.

Auguſtinus in Epiſtola quinquageſima nona,non audet reſpondere,rogatus de ſententia uerſiculi cuiuſdam ex Pſalmis,niſi conſultis libris Græcis. Idem ueteris Teſtamenti nouiq; libros cum Græcis contulit,nimirum diffiſus uulgatæ interpretationi. Id quantum habeat utilitatis in ueteri Teſtamento uiderint alij,certe in nouo neceſſarium eſt. Et quidam non

non dubitant de omnibus pronunciare,freti uulgatis codicibus? Idem multis locis docet lectionis ſynceritatẽ ex antiquiore lingua petendã eſſe:hoc eſt,ab ea in quam primum tranſlatus eſt liber. Veluti quum hæretur in ueteri teſtamento,iubet conſuli Græcos codices,ſi quis Hebraice neſciat:quod in hãc linguã prius uerſum ſit uetus teſtamentũ,q̃ in Latinam.

Hieronymus laudat ſtudium mulierum Germanarum,quæ Latinum pſalterium cum Græco contulerint,quum id ab Hebręorum fontibus manarit:& iſti putant abſurdũ idem fieri in nouo Teſtamento,quod totum,aut penè totum fluxit à Græcis?

Sed audio quoſdam in totum abrogare fidem Græcorum libris,poſteaquam ſe ſemouerunt ab eccleſia Romana. Atqui eadem de cauſa non eſt fidẽdum Hebræorum libris,quod illi ſint infenſiſsimi non ſolum Romano pontifici, ſed Chriſto & Chriſtianis omnibus. Et tamen Hieronymus illis liſus eſt,id temporis quum maxime fuiſſet tempeſtiuum depraua re,ſi quid deprauare uoluiſſent.

Si Græcis in animo fuiſſet deprauare codices ſuos,his potiſsimum locis deprauaſſent,in quibus à nobis diſſentiunt,ueluti de proceſsione ſpiritus,de æqualitate trium perſonarum, de primatu Romani pontificis,de ritu conſecrãdi ac tradendi baptiſmum & euchariſtiam, de coniugio ſacerdotum,aut ſi quid aliud eſt eiuſmodi:at in his nobis conſentiunt. Nec ullus locus proferri ualet,qui hoc nomine ſuſpectus haberi poſsit.

Ariſtoteles apũd nos habet autoritatem ſuam,quum plus ſit quàm ſchiſmaticus,uidelicet à Chriſto alieniſsimus. Auerroes habet pondus etiam in theologorum ſcholis,homo blaſphemus in Chriſtum. Et Græcorum uoluminibus nulla erit apud nos fides? quod quidam illorum deſciuerunt à pontifice Romano:neq; enim defecerunt omnes. Et qui deſciuerunt & qui non deſciuerunt,in lectione conſentiunt.

Si olim deprauati ſunt Græcorum codices,iam adhuc erãt orthodoxi. Sin nuper à ſchiſmate,qui fit ut horum codices cum ueterum libris conſentiant? Niſi fortè tam impudens erit aliquis,ut dicat uniuerſos codices & interpretum commentarios ſimul eſſe uitiatos à ſchiſmaticis.

Ego magis ſuſpicor,ſi quid mutatum eſt in Græcorum libris,id à Latinis exemplaribus fuiſſe profectum,poſteaquam Romana eccleſia cœpit abſorbere Græciam.

Nec tota diuulſa eſt à nobis Græcia: Rhodus & Creta Chriſtum agnoſcit,agnoſcit Romanum pontificẽ. cur horum libris diffidimus? Et ab his potiſsimũ nobis ueniũt exẽplaria.

Riſit olim Heluidium Hieronymus,qui ſibi ſtultiſsime perſuaſerit,Græcos codices eſſe corruptos:ac dictum hominis ſtultius eſſe putat,quàm ut ſit argumentis refellendum. Et tamen iam tum Oriens fermè omnis hæreſibus feruebat Arianorum & Origeniſtarum. Ab iſs magis timendum erat exemplaribus,quàm à ſchiſmaticis.

Damnauit eccleſia quaſdam Græcorum opiniones,codices Græcorum nunquam damnauit. Et cur nos damnamus quod nõ damnauit eccleſia? Imò cur non habemus fidem his quibus fidem haberi uoluit eccleſia?

Sunt qui poſt receptam Hieronymi translationem,negant quicquam eſſe tribuendum uel Hebræis uel Græcis uoluminibus. Iamq; ceſſare quod ſcribit Auguſtinus noui teſtamẽti ueritatem ex Græcis,ueteris ex Hebræis eſſe petendam. Si iidem ſunt Græcorũ libri,cur hodie reiiciantur,quibus olim fuerit autoritas,& cõſentire in pleriſq; docuimus. Deinde ſi quod ſcripſit Auguſtinus non ualebat poſt receptam Hieronymi translationem,cur tot ſeculis poſt Auguſtinũ,eandem regulam in pontificum decretis recepit eccleſia? Si dicti pondus æſtimamus ab ætate Gratiani,iam erat hæc Hieronymi translatio receptiſsima.

Omitto interim quòd docti multis coniecturis colligunt,neq; uetus neq; nouum Teſtamentum hodie purum haberi,uel ex uerſione uel ex emendatione Hieronymi. Primũ Pſalterium ex Hebræo uerſum,nunquam recepit eccleſia. Eccleſiaſtẽ non eſſe Hieronymianæ uerſionis,declarat ipſa præfatio quã ſuis præfixit cõmentarijs. Deniq; codices qui feruntur iuxta translationẽ Septuaginta & iuxta ueritatẽ Hebraicã,uehemẽter inter ſe diſſentiunt.

Quidam hic nobis tradunt Lesbiam regulam,ut id habeatur pro recto,quod uulgo receptiſsimum eſt. Verum nũquam tam bene fuit actum cum rebus humanis,ut quod optimũ eſſet à uulgo peteretur. Certiſsima regula eſt,linguarum,translationũ,expoſitorum,exemplariorum inter ipſa collatio,adhibito ſobrio iudicio,excluſa contentione.

Iam

torũ indicauimus,tot amphibologias resecuimus,tot hyperbata digessimus:ut finiam,tot sensus antehac obscuros ac nubilos illustrauimus,tantam utilitatẽ gratis detulimus,& uociferantur quidam aduersus benemerentem. Si uel leuis error occurrit,concitant,ut dici solet, Tyria maria:pro bene gestis,nulla est gratia.

Iam non me clàm est,hoc male habet quosdam quòd à magni nominis scriptoribus dissentiam. Qui fauent Augustino,fremunt,me non per omnia cum illo sentire. Qui Thomę addicti sunt,dolent illum attingi. Franciscani nollent refelli Lyranum aut Scotum. Atqui si hanc accipimus legem,à nemine prorsus licebit dissentire,quum ipsi tamen inter se dissentiant. In hoc opere,ueritatis maior quàm autoritatis erat habenda ratio.

Non est contumelioſum à quamlibet probatis autoribus dissentire,si rationibus adductis id facias. Hoc interest:sunt à quibus par est reuerenter dissentire,uelut ab Hieronymo, ab Ambrosio,ab Augustino:sunt quibus hoc reuerentiæ non debetur, Thomę fortasse debetur,Lyrensi aut Carrensi non debetur,neq; doctrinæ neq; sanctimoniæ nomine. Et referebat,hos aliquot locis taxari,quod uidere ſolos mira fiducia,sed nullo iudicio passim legi.

Sed cauillor in hos fortasis uno aut altero loco. Primum ipsis imputetur qui tam ridicula scripserint,non mihi. Deinde si stomachantur quòd hos aliquoties attingo,cur non magis agnoscunt ciuilitatem meam,quum ad tam multa conniueo? quæ nequaquam præterirem,si animi causa taxassem illos. Quod aliquoties attigi,coegit studiorum utilitas: quod rarius id facio,datum est Christianæ modestiæ.

Quanquam & hoc libuisset dissimulare,si per istos licuisset qui uociferabantur hunc laborem prorsus infrugiferum fore,utpote puerilem & grammaticum. Nunc ut puerilis omnino contemni non potest,qui commonstrat in quibus summi doctores lapsi sunt.

Verum hoc ipsum,ni fallor,offendit plerosq;,quod admonentur quasi hactenus aliquid ignorarint in his literis,quarum scientiam profitentur:& pudet quæ imberbes didiçere,sese perdẽda fateri. Primum stultium arrogans sit,qui profiteatur se nihil nescire:deinde tam citi hæc quoq; discant,& desinẽt ignorare. Hac uia probrum hoc optime effugerint. Nunc istiusmodi uociferationibus magis etiam traducunt suam insciti am.

Quòd si usq; adeo inusa est nouitas,ut ferri non possit,fuit & hæc æditio qua nunc utimur,olim noua. Et stultissimum est,rerum æstimationem ab annis sumere. Hac æstimatione res præclara fuerit ebrietas,quæ est uetustissima,& ex priscis usq; seculis in hanc ætatem deducta. Quin rem ipsam potius quàm annales expendimus?

Si nouitas offendit,nos uetera instauramus,& nouitatẽ excludimus. Nam posterior est æditione,deprauatio. Si qui sunt qui nõ possunt mutare saliuã quam à pueris imbiberunt, manet istis sua uetus æditio,si uolũt,tum dilucidior tum emẽdatior:si nolunt,eadẽ & sui similis. Si glandes istorũ palatũ obstinate delectãt,saltẽ ne inuideãt ijs qui tritico uesci malũt.

Vtrum quæso fas est,post ueteres aliquid inquirere,an non? Si fas non est,cur ausi sunt Alexander ac Thomas,& post hos alij complures,totam theologiæ faciem immutare? Si fas,cur nostris obstrepunt studijs,præsertim quum & nullius iudicio præscribãt,& ueterũ autoritate nitantur? Etenim si fas est inducere noua,multo magis fas est reuocare uetera.

Si nihil aliud quàm codices nostros emendassem ex Græcis exemplaribus,comprobanda erat industria,qui id conatus essem quod Augustinus non uno in loco fieri iubet. Nunc non hoc contentus,ex orthodoxorum commentarijs rem peto.

Vt donemus nihil esse mendi in libris nostris,tamẽ multis de causis oportebat ad fontes cõfugere,ob amphibologias,ob quędã obscure reddita,ob tropos & emphasim Gręcanicę phrasεos,quæ sæpenumero reddi nõ põt,ob gratiã idiomatis,quæ in uertẽdo nõ respõdet.

Vt donemus Græcorum libros æque deprauatos esse ac Latinos,tamen ex collatis exemplaribus æque deprauatis sæpe deprehenditur uera lectio:propterea quod sępenumero fit,ut quod hic casu deprauatũ est,in alio codice reperiatur integrum:aut saltem uestigijs quibusdam datur ueræ lectionis coniectura.

Augustinus in Epistola quinquagesima nona,non audet respondere,rogatus de sententia uersiculi cuiusdam ex Psalmis,nisi consultis libris Græcis. Idem ueteris Testamenti notitia uersiculi cuiusdam ex Psalmis,nisi consultis libris Græcis. Idem ueteris Testamenti noticq; libros cum Græcis contulit,nimirum diffisus uulgatæ interpretationi. Id quantum habeat utilitatis in ueteri Testamento uiderint alij,certe in nouo necessarium est. Et quidam non

non dubitant de omnibus pronunciare,freti uulgatis codicibus:Idem multis locis docet lectionis ſyncerităt̃ ex antiquiore lingua petendã eſſe:hoc eſt,ab ea in quam primum tranſlatus eſt liber. Veluti quum hæretur in ueteri teſtamento,iubet conſuli Græcos codices,ſi quis Hebraice neſciat:quod in hãc linguã prius uerſum ſit uetus teſtamentũ,q̃ in Latinam.

Hieronymus laudat ſtudium mulierum Germanarum,quæ Latinum pſalterium cum Græco contulerint,quum id ab Hebręorum fontibus manarit:& iſti putant abſurdũ idem fieri in nouo Teſtamento,quod totum,aut penè totum fluxit à Græcis?

Sed audio quoſdam in totum abrogare fidem Græcorum libris,poſteaquam ſe ſemouerunt ab eccleſia Romana. Atqui eadem de cauſa non eſt fidẽdum Hebræorum libris,quod illi ſint infenſiſsimi non ſolum Romano pontifici, ſed Chriſto & Chriſtianis omnibus. Et tamen Hieronymus illis fiſus eſt,id temporis quum maxime fuiſſet tempeſtiuum depraua re,ſi quid deprauare uoluiſſent.

Si Græcis in animo fuiſſet deprauare codices ſuos,his potiſsimum locis deprauaſſent,in quibus à nobis diſſentiunt,ueluti de proceſsione ſpiritus,de ęqualitate trium perſonarum, de primatu Romani pontificis,de ritu conſecrãdi ac tradendi baptiſmum & euchariſtiam, de coniugio ſacerdotum,aut ſi quid aliud eſt eiuſmodi:at in his nobis conſentiunt. Nec ullus locus proferri ualet,qui hoc nomine ſuſpectus haberi poſsit.

Ariſtoteles apũd nos habet autoritatem ſuam,quum plus ſit quàm ſchiſmaticus,uidelicet à Chriſto alieniſsimus. Auerroes habet pondus etiam in theologorum ſcholis,homo blaſphemus in Chriſtum. Et Græcorum uoluminibus nulla erit apud nos fides? quod quidam illorum deſciuerunt à pontifice Romano:neq; enim defecerunt omnes. Et qui deſciuerunt & qui non deſciuerunt,in lectione conſentiunt.

Si olim deprauati ſunt Græcorum codices,iam adhuc erãt orthodoxi. Sin nuper à ſchiſmate,qui fit ut horum codices cum ueterum libris conſentiant? Niſi fortè tam impudens erit aliquis,ut dicat uniuerſos codices & interpretum commentarios ſimul eſſe uitiatos à ſchiſmaticis.

Ego magis ſuſpicor,ſi quid mutatum eſt in Græcorum libris,id à Latinis exemplaribus fuiſſe profectum,poſteaquam Romana eccleſia cœpit abſorbere Græciam.

Nec tota diuulſa eſt à nobis Græcia:Rhodus & Creta Chriſtum agnoſcit,agnoſcit Romanum pontificẽ. cur horum libris diffidimus? Et ab his potiſsimũ nobis ueniũt exẽplaria.

Riſit olim Heluidium Hieronymus,qui ſibi ſtultiſsime perſuaſerit,Græcos codices eſſe corruptos:ac dictum hominis ſtultius eſſe putat,quàm ut ſit argumentis refellendum. Et tamen iam tum Oriens fermè omnis hæreſibus feruebat Arianorum & Origeniſtarum. Ab ijs magis timendum erat exemplaribus,quàm à ſchiſmaticis.

Damnauit eccleſia quaſdam Græcorum opiniones,codices Græcorum nunquam damnauit. Et cur nos damnamus quod nõ damnauit eccleſia? Imò cur non habemus fidem his quibus fidem haberi uoluit eccleſia?

Sunt qui poſt receptam Hieronymi translationem,negant quicquam eſſe tribuendum uel Hebræis uel Græcis uoluminibus. Iamq; ceſſare quod ſcribit Auguſtinus noui teſtamẽti ueritatem ex Græcis,ueteris ex Hebræis eſſe petendam. Si ijdem ſunt Græcorũ libri,cur hodie reijciantur,quibus olim fuerit autoritas,& cõſentire in pleriſq; docuimus. Deinde ſi quod ſcripſit Auguſtinus non ualebat poſt receptam Hieronymi translationem,cur tot ſeculis poſt Auguſtinũ,eandem regulam in pontificum decretis recepit eccleſia? Si dicti pondus æſtimamus ab ætate Gratiani,iam erat hæc Hieronymi translatio receptiſsima.

Omitto interim quòd docti multis coniecturis colligunt,neq; uetus neq; nouum Teſtamentum hodie purum haberi,uel ex uerſione uel ex emendatione Hieronymi. Primũ Pſalterium ex Hebræo uerſum,nunquam recepit eccleſia. Eccleſiaſtẽ non eſſe Hieronymianæ uerſionis,declarat ipſa præfatio quã ſuis præfixit cõmentarijs. Deniq; codices qui feruntur iuxta translationẽ Septuaginta & iuxta ueritatẽ Hebraicã,uehemẽter inter ſe diſſentiunt.

Quidam hic nobis tradunt Lesbiam regulam,ut id habeatur pro recto,quod uulgo receptiſsimum eſt. Verum nũquam tam bene fuit actum cum rebus humanis,ut quod optimũ eſſet à uulgo peteretur. Certiſsima regula eſt,linguarum,translationũ,expoſitorum,exemplariorum inter ipſa collatio,adhibito ſobrio iudicio,excluſa contentione.

Iam

Iam quod à quibuſdam ſtudium hoc noſtrum contemnitur ut humile ac puerile,qui circa ſyllabas ac uoculas laborem,non ita ualde me mouet. Ego magnum arbitror quicquid ad rem theologicam pertinet.Et quum non ignorarem quantum reuerẽtiæ ſacris libris debebatur,mihi conſcius ſumpſi quod in eo munere uideretur infimum.

Sit hoc grammaticum,ſit puerile,ſit triuiale,modo fateantur eſſe neceſſarium. Vt nihil aliud doceam quàm rectam lectionem,nimirum turpe eſt hoc ipſum neſcire magnos doctores.Et tamen hoc manifeſtius eſt quàm ut negari poſsit,poſteaquam hic lapſus deprehenditur Auguſtinus,lapſus Beda, lapſus Thomas, lapſus Lyrenſis & Carrenſis:poſteaquam frequenter audimus hos qui concionantur in templis etiam thema quod proponunt perperam intellectum adducere.

Scrupi ſunt quamlibet minuti,ſed ad hos impingunt frequenter οἱ τὸν ἥλιον ἐωθότες. Si iuxta Chryſoſtomum & Auguſtinum articulus ὁ, hoc eſt minutiſsimum elementum,additum aut omiſſum,ſenſum facit orthodoxum aut hæreticum:ſi idem efficit hypoſtigme non ſuo poſita loco,quid eſt cur hæc ut minuta negligamus quæ tantum habent momenti?

Quoniam alicubi commonſtramus ordinem,& anfractus hyperbatorum explicamus, uociferantur grammatiſtam. Quidam etiam in frequentiſsima concione dixit,Docet conſtruere:hoc didici ante annos quadraginta. Quaſi non Origenes in ſcripturarum expoſitione,mea ſententia uix cuiquam ſecundus, quaſi non Hieronymus frequenter conſtructionem commonſtret,ordinem uocans. Et tamen is qui hæc uociferabatur,maxime opus habet qui commonſtret conſtructionem.

Sint illi multo doctiores,nihil obſto. Non tamen arbitror omnino cum Megarenſibus nullo in numero ponendum eum,qui tot locis docet doctiores quod ſcire referebat,neſcire tum indecorum erat tum inutile.

Auguſtinus quem iſti quoq; pro ſummo eccleſiæ doctore habent,nónne diſtinguit percontationem ab interrogatione,commonſtrat hypoſtigmas,digerit cola,commata ac periodos,indicat tropos grammatiſtarum?

Nónne ridentur μετέωροι, qui ſublatis in cœlum oculis ſic contemplantur aſtra,ut tibias impingant in ſaxum?

Apelles non cõtemnebat rationem terendi miſcendi ue colores,nec ductum ſimplicium linearum,quæ in arte qua præcelluit infima ſunt.

Nec peritus architectus circa tectum & colophonẽ occupatus,negligit in fundamẽtum comportare rudera. Hęc qui neſcit,architectus non eſt:qui negligit,opus collapſurũ erigit.

Verum turpe eſt,inquiunt,hæc diſcere doctores. Fateor:didiciſſe oportuit,non diſcere. Verum quid facies iſs quibus hoc non contigit,uel quia defuit animus,uel quia non contigit diſcẽdi facultas? An præſtat neſcire quod cognitu neceſſarium eſt,quàm ſerius diſcere?

Nec tamen quiſquam cogitur iſta diſcere,tametſi nemini non licet,certe iuuenibus potiſsimum hic deſudat labor.

Nec dubito quin uentura ſit ætas,& iam fortaſsis exoritur,qua uidebuntur hæc magna ex parte ſuperuacanea. Verum qui iam in grandes robuſtoſq; uiros adoleuerũt,non aſpernantur nutricem,quæ prima mammam dedit,quæ cibum præmanſum in os inſeruit. Nec illi Græciæ lumina ſapientes,in omni diſciplinarũ genere abſoluti,nullã habebant gratiam iſs à quibus agnoſcere,pingere,ſonareq; literarũ elementa didicerant. Hæc ita puſilla ſunt, ut ſine his nemo ſit maximus. Suæ cuiq; dotes ſunt. Nos quod datum eſt impartimus.

Quanquam hæc minus negligenda uidebuntur,ſi quis periculũ fecerit,quantis hæc minuta cõſtent ſudoribus. Aut ſi quis aggrediatur tractare ſcripturam diuinam, & in ea,ſicut oportet, rimari curioſe ſingula. Vſu ſentitur utilitas,non tumultuaria lectione. Poſtremo deſinet contemnere,qui non unam aut alteram annotationem,ſed uniuerſum opus expenderit. Tu mihi ocioſus ac ſupinus hunc aut illum locum expendis,& uideris tibi copioſius ac doctius tractare potuiſſe. Poteram & ipſe,ſi decem modo fuiſſent excutiendi. In tot milibus hanc præſtare diligentiam difficillimũ eſt,mihi ſanè fuit,feliciori non inuidebimus.

Auguſtinum non pœnitebat operæ ſuæ,quum huiuſmodi quædam annotaret in libros Pentateuchi,non ex fontibus Hebræorum,ſed ex Græcis uoluminibus. Is rem annotatu dignam

gnam duxit,quod in ſacris literis reperiatur uerbum multitudinis numero additum nomi/ ni rem ſignificanti,quæ conſtet ex multis.Quod genus eſt: Dimitte populum meum ut ſeruiant mihi. Item,Omnis terra adorent te. Præterea quod in hac oratione:Si interroga/ uerit te Eſau,dicens, Cuius es tu,& quò uadis,& cuius hæc quæ antecedunt te:Et dices, Pueri tui Iacob. poſtremo loco redundet coniunctio Et. Rurſus quod in hoc ſermone,Tu autem teſtamentum meum conſeruabis. conſeruabis,poſitum ſit pro Conſerua. Rurſum quod hæc uerba quæ ſunt in Leuitico: ἀκάθαρτος ὢν, ἀκάθαρτος ἔσται. putat ad hunc mo/ dum uerti poſſe, Immundus exiſtens,immundus erit. Et tamen participium Exiſtens,non eſſe ab Exiſtere,ſed ab Eſſe:quum Græce ſit ὤν, quaſi dicas Eſſens. Præterea quod do/ cet,mulierem dici,quæ uirgo ſit:quum Hebræam uocem neſciat,unde pendebat quæſtio. Item quod ὄψιμον Græcum,parum Latine dicatur,ſerotinum. Ad hæc tam puerilia non grauatus eſt deſcendere tantus epiſcopus. Quid ipſe Hieronymus,nonne quædam anno/ tauit quæ friuola uideri poſſent,ſi quicquam omnino friuolum eſſet in ſacris libris:In epi/ ſtolam ad Epheſios capite quinto,in Pauli uerbis:Propter hoc relinquet patrē & matrem: & cætera.annotauit ἀντὶ τούτου dictum,pro ἕνεκεν τούτου. quum utraq; dictio probe qua/ dret,& eundem efficiat ſenſum: Vice uxoris relinques patrem & matrem:& Cauſa uxo/ ris relinques patrem ac matrem. Idem in epiſtolam ad Philemonem indicauit, ἀγαπητόν magis ſonare Diligibilem,quàm dilectum,qui Græce dicatur ἠγαπημένον. Iterum in epi ſtolam ad Romanos: πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν ὑμῖν. omni,dictum eſſe pro Omnibus:quum utroq; modo dicatur idem,Quiſquis eſt inter uos:& Omnibus qui ſunt inter uos. Iam uero quid commemorem,qualia ſint pleraq; quæ Hieronymus annotauit in libello quem de caſtiga/ tione pſalterij ſcripſit ad Suniam & Fretelam. Quàm multa ſunt illic minutiſsima,quę ego non dignarer meis Annotatiunculis quamlibet grammaticis.

Nullus igitur reprehendat,ſi argumento ſuſcepto reſpondeo.Mihi abunde ſatis eſt,ſi nullus ante me plus præſtitit in hoc ſcripti genere.Quid alij poſsint,aut præſtaturi ſint,ne/ ſcio.Certe optarim exiſtere permultos,qui me prorſus obſcurarent.Imò uel reprehẽdi gaut debo,ſi quis induſtria ſua rem tam ſacram,à nobis utcunq; tentatam,adiuuerit.Abſit mo/ do procacitas,quam fœdam & indecoram ſibi ducunt & ethnici uerſantes in re literaria.

Meminerit is qui reprehenſionem parat,ſe quoq; hominem eſſe,neq; minus labi poſſe reprehendendo,quàm potuerit autor operis ſcribendo.Quanquam longe plus ueniæ de/ betur ei qui prodeſſe ſtudens,in ingẽti opere dormitauit alicubi,non aſſequutus quod uo/ luit:quàm ei qui in alieno libro cupiens ingenioſus uideri,uenatur quod carpat,& tamen hoc ipſum perperam facit:dumq; falſos aliorũ errores exagitat,ipſe ſuos ueros prodit.Por/ rò nullus eſt error fœdior,q̃ animus ſpirans inuidiam & uel rectiſsima carpendi libidinem.

Sic oportet ad librum legendum accedere lectorem,ut ſolet ad conuiuium conuiua ciui lis.Conuiuator annititur omnibus ſatisfacere:& tamen ſi quid apponitur quod huius aut illius palato non reſpondeat,urbane uel diſsimulant conuiuæ uel probant etiã,ne quid con triſtent conuiuatorem.Quis enim eum conuiuam ferat,qui tantum hoc animo ueniat ad menſam,ut carpens quæ apponuntur nec ueſcatur ipſe nec alios ueſci ſinat?

Et tamen his quoq; reperias inciuiliores,qui palã,qui ſine fine damnent ac lacerent opus quod nunquam legerint.Atq; hoc ſanè faciunt quidam qui ſe Chriſtianę pietatis doctores profitentur,& religionis antiſtites:quum ſit plus q̃ ſycophanticum damnare quod neſcias.

Nec intelligunt quantum abeſſe oporteat linguam prophetici canis,quæ lingendo me/ detur hulceribus:à lingua uiperæ aut aſpidis,cuius uenenum immedicabile.Nec cogitant quantum diſcriminis ſit inter hierophantam & ſycophantam.

Quum theologorũ ſcholæ nec Scotum,nec Petrum Lombardum,nec Occam,nec Tho mam,nec Auguſtinum,nec Ambroſium,nec Hieronymũ,nec Hilarium,nec Cyprianum, nec Chryſoſtomum,nec Ioannem Damaſcenum,nec Origenem,imò nec Petrum apoſto/ lum prorſus ab errore liberent,& ab eo quidem errore,quem ſi tuearis,hæreticus ſis:cur noſtra tam iniquo legunt iudicio?

At ſummis illis,inquiunt,hoc ciuilitatis debetur,tibi non item.Imò quo magis præcellue runt illi uel dignitate uel eruditione,hoc minus ueniæ debebatur.Neque enim,opinor,iſti me inter uſque adeo indoctos numerant,quos non oporteat quicquam omnino ſcribere.

Nomen

Nomen hæreſeos quo grauius eſt & inuiſius Chriſtianis auribus,hoc turpius eſt id te/mere cuiquam impingere. At iſti nihil magis habent in promptu,nec dubitant hæreſim in/clamare,prius quàm circumſpiciant qua de re loquantur. Et quemadmodum uno ſue grun niente grunniunt omnes,ita ad huius aut illius clamorem omnes eiuſdem factionis ſoda/les uociferantur hæreſim.

Ita ualde Chriſtiani uideri uolunt,ſi in Chriſtianum ſint fortiter contumelioſi. Idq; quo poſsint impunius, principum tyrannidi fauent,& Romano pontifici ſemper adulantur, peſsime interim de illo ſentientes,cui putant quicquam eſſe charius,quàm quod ad Chriſti gloriam & gregis ſalutem pertinet.

Eccleſiæ nomen ſubinde inculcant,quum ſuum agant negocium:ſpiritum ſanctum ha/bent in ore,quum longe alius ſit in animo. Hæc in quoſdam dicta ſint,nec theologi nec mo nachi titulo dignos,non in omnes.

Qui ſimpliciter errat,fraterne monendus eſt. Qui nihil aliud quàm prodeſſe ſtuduit, cum fauore & candore legendus eſt. At mirum quàm iſti ſæuiunt,quo faſtu,quo ſuperci/lio cenſuram agunt,frequenter ubi rem non intelligunt. Nam id accidiſſe,docere ſi libeat poſsim. Qua re quid poteſt eſſe turpius?

Origenes aduerſus Celſum plus quàm hæreticum,qui totam Chriſti uitam indigniſsi/mis conuitijs lacerarat,argumentis egit,non conuitijs. Auguſtinus cum Paſcentio diſpu/tans,ſemper clariſsimũ uirum appellat,quum is iuxta Arianorum dogma negaret homu/ſion patri filium. Cum Pollentio,de diuortio ſic diſputat,ut nulla ſit uſquam hæreſeos men tio. Ad Madaurenſes idololatras honorifice reſcribit,fratres chariſsimos & dominos præ/dicabiles eos appellans:nec grauatur cauſam illorum ſibi commendatam adiuuare.

Inquiſitoribus hoc datum eſt negocij,ut indices ſint,non iudices:doctores,non ſyco/phantæ:monitores,non calumniatores:fidei cuſtodes,non ſub fidei defendendæ prætextu tyrannidem affectantes.

Hæreſis non eſt,ubi non eſt ambitio,ubi non eſt malicia,ubi non eſt arrogantiæ comes pertinacia. Nec in quouis errore hæreſis eſt,ſed in ijs duntaxat quæ proprie ad catholicam fidem pertinent,& canonicis libris expreſſe aduerſantur.

Quàm iniquum eſt impune impingere tantam contumeliam,nec rei uictori ullum eſſe propoſitum præmium aut talionem,niſi quod elapſus uidetur. Qui crimen hæreſeos falſo intentarunt,zeli laudem auferunt:qui ſe à calumnia purgarunt,diſcedunt quaſi ſutorio atramento abſoluti.

Chriſtus ipſe non extinguit linum fumigans,non comminuit baculum fractum:& nos ob humanum lapſum,imò ob faſtum noſtrum alienamus erecta feliciaq; ingenia.

An non turpiſsimum eſt,à magnis olim theologis apud Italos damnatas fuiſſe Pici Mi/randuli concluſiones ut impias & hæreticas,quæ nunc ut Chriſtianæ piæq; leguntur ab omnibus,non ſine applauſu theologorum?

Iam ſentio quoſdam eſſe qui carpendis aliorum ſcriptis famam aucupantur,compendia ria quidem ſed ſceleratiſsima uia. Olim tibicen ille meliorem parandi ſubito nominis uiam monſtrauit,ut doctis ac uulgo celebribus ſe probaret:quod horum ſuffragijs futurum eſſet ut à populo quoq; probaretur. Quis autem genius malus hanc rationem commonſtrauit? Ingerunt ſe tranſuerſim in opus alienum,& unum aut alterum locum uellicant,moxq; fa/mam quam alius complurium annorum uigilijs ſibi parauit,uno æquant die,nec æquant modo,uerum etiam ſuperant:nam doctior habetur,qui reprehenſor ac cenſor eſt.

Quod hoc eſt ingratitudinis genus,totius operis laudem ſibi uindicare ob unum aut al/terum locum caſtigatum, quum diſsimulet interim ſe tot locis fuiſſe adiutum? Perinde quaſi ſi quis donatus ſexcentis aureis,unum alterum ue ex ijs χαλκοῦν καὶ λιβδηλον fuiſſe clamitet. Aut ſi quis damnet totum apparatum,quod unum aliquod ius appoſitum ſit æquo falſius.

Si deteſtandæ ingratitudinis eſt,beneficium acceptum inficiari:quale uidebitur,pro gra tis collato officio,contumeliam reponere? Et ſi inciuilis habetur,qui donatitij equi dentes inſpicit:qualis habebitur,qui in opere neceſſario nihil aliud quærit niſi quod arrodat?

Si quis exiſtat prorſus ἀναλφάβητος & indoctus,qui pio quodam animi ſtudio gra/tis

tis concinnet aut farciat codices euangelicos:nónne futurum esset,ut omnes huius pietatem exoscularentur? Nónne huius hominis memoriam suis fastis inscriberent? Et in hoc officio,quod longe plus adfert utilitatis,& nobis non paulo pluris constat:tam sunt ingrati quidam.

Si quis donet istos nouo pallio,si quis accipiat cœna lautiore,si quis nũmos aliquot largiatur:tantũ non adorant,pietatem hominis ubiq; prædicant:sua merita,quibus abundant scilicet,illi impertiuntur. At hoc meo beneficio magis egebant,& oblatrant bene merenti.

Porrò quod obiter admonuimus quædam,quæ uidentur dissonare cum ijs,quæ publici tus recepta sunt in scholis,nec sine causa fecimus,nec odiose tamen. Fortasis expediret rei publicæ Christianæ plura conuelli,quæ nunc uelut oracula publice docentur,quum priuatim fateantur se diuersum sentire.

Alius hoc agit,ut orbis sit Thomista,alius ut Scotista,alius ut Occanista, alius ut Realis,alius ut Nominalis. Quin illud potius agimus omnes,ut orbis sit Christianus?

Iam audio iactare quosdam,à me permulta præterita,quæ forent annotatu digna. Primum illud lectorem admonitum esse uolo,me non persequutum esse quicquid in nouo testamento uideretur annotãdum,sed ea duntaxat quæ ad lectionis synceritatem pertinent. Etiamsi hic quoq; multa prudentes omisimus,ne lectorem oneraremus. Quòd si quis quid adijciet nostris,gratulabor etiam utilitati publicæ. Imò si à nobis alicubi dissentiet,modo id agat argumentis non conuicijs,ut erudito dignum est,nequaquam offendar. Argumenta possunt honeste refelli argumentis:conuicia conuicijs retaliare,turpe est:quum interim ferre sit molestum. Qui rationibus agit,simplex negocium & sibi sumit & exhibet respon suro. At qui cõtumeliose dissentit,duplex sumit ac facessit negocium,geminumq; malum accersit,dum & famam lædit alienam,& ipse sibi maledicentiæ suspicionem conciliat.

Prodesse ut pulcherrimum est,ita difficillimum. Lædere ut facillimum est,ita fœdissimum. Cur hæc posterior pars pleriscq; magis placet? In altera se magnos declarent,qui famam affectant apud posteros,homine Christiano dignam.

Si qua mihi foret incantatio,qua possem nouum hoc aspidum genus sopire,non grauarer uti. Nunc quando id non datur:aduersus istorum uenenata sibila,bonorum fauore,uelut antidoto,me consolor. Oblatrant,sed inter uere eruditos ferè nulli:si qui sunt,ex eo sunt hominum genere,qui se deuouisse uidentur dijs manibus,si queant bonas literas,hoc est omneis quas ipsi non didicerunt,funditus extinguere. Nam negligendos opinor idiotas ex media uulgi fece,unà cum superstitiosis mulierculis,quos isti uel redemerunt ad uociferandum uel subornarunt. Aduersus horum maliciam,primum omnium me consolatur recta conscientia,& Christus agonotheta noster:deinde tot hominum iudicia,quorum alios uitæ sanctimonia,alios insignis eruditio,alios fortunæ splendor,alios ecclesiastici muneris dignitas,quosdam hæc omnia simul à contemptu uindicant. Quorum suffragium hoc ponderis plus habere debet,quod horum nemo sit,cuius fauorem aut emeruerim officio,aut precibus sim eblanditus. Literis ex omni terrarũ plaga missis,mihi quotidie gratias agunt, quod meis lucubrationibus,qualibuscunq;,inflammati sint ad bonæ mentis,ad sacrarum literarum studium. & qui nunquam Erasmum uiderunt,tamen ex libris cognitum amant. Nullus est in his à me prouocatus,ut modo dixi,nec est cur mihi blandiant. Nihil est quod metuant à me,aut uenẽtur ex me. Experta utilitas,& gratus animus hæc mihi parauit suffragia. Vt omnibus in commune laboraui,ita gratias agunt omnes,cuiuscunq; gentis,cuiuscunq; ordinis candidi & integri. Hoc ego præmium pulchrius esse duco,quàm si contigisset episcopi dignitas. Agnoscit officium meum Italia,cogor enim esse glorioſior,præcipue Roma & Venetia. Tot cardinales fauent nostris laboribus,sed præcipue uir in literis grauioribus absolutissimus,cardinalis Dominicus Grymanus titulo diui Marci,& omni ornamentorum genere cumulatissimus cardinalis titulo Sanctorum quatuor, Matthæus cardinalis Sedunensis,cardinalis Laurentius Campegius,& ante hos Raphael cardinalis sancti Georgij,Franciscus cardinalis Vulteranus. Quin ipse totius rei publicæ Christianæ princeps Leo Decimus,ut ad priorem æditionem literis humanissime scriptis adhortabatur,ita pòst ad posteriorem rursus adhortatus est:ut interim non commemorem episcopos & eruditorum hominum centurias. Post Leonem Adrianus Sextus uir præter uitæ sancti-

runtamen dico uobis, amodo uidebitis filiũ
hominis sedentem à dextris uirtutis, & ue-
nientem in nubibus cœli. Tunc princeps sa
cerdotum disscidit uestimenta sua, dicens,
Proloquutus est blasphemiã, quid insuper
egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphe
miam eius, quid uobis uidetur? At illi re-
spondẽtes dixerunt, Reus est mortis. Tunc
expuerunt in faciem eius, & colaphis eum
cæciderũt. alij autem palmas in faciem eius
dederunt dicentes, Vaticinare nobis Chri-
ste, quis est qui te percussit? Petrus uero se-
debat foris in atrio, & accessit ad eum una
ξϛ̄ ancillula dicens, Et tu cum Iesu Galilæo
eras. At ille negauit corã omnibus, dicens,
Nescio quid dicas. Quum autem exisset in
uestibulum, uidit eum altera ancilla, & ait
his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Naza
reno. Et iterum negauit cum iureiurando.
Non noui hominem. Et post pusillum ac-
cesserunt qui stabant, & dixerunt Petro,
Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te
manifestum facit. Tunc cœpit execrari &
iurare, quod non nosset hominem. Et con-
tinuo gallus cantauit. Et recordatus est Pe-
trus uerbi Iesu, qui dixerat ei, Prius quàm
gallus cantet, ter me negabis. Et egressus
foras

ξζ περὶ τῆς τοῦ ἰούδα μεταμελείας.

τιζ ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς. *πρωίας δὲ γενομένης,
β συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ
πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὥς τε θανα-
τιη τῶσαι αὐτόν. *καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγα-
α γον καὶ παρέδωκαν αὐτὸν ποντίῳ πιλάτῳ τῷ
τιθ ἡγεμόνι. *τότε ἰδὼν ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐ-
ι τὸν ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς, ἀπέστρεψε τὰ
τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς
πρεσβυτέροις λέγων. ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα
ἀθῷον. οἱ δὲ εἶπον, τί πρὸς ὑμᾶς; σὺ ὄψει. καὶ ῥί-
ψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ἀνεχώρησε, καὶ ἀ-
πελθὼν ἀπήγξατο. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ
ἀργύρια, εἶπον. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν
κορβοναῦ, ἐπεὶ τιμὴ αἵματος ἐστι. συμβούλιον
δὲ λαβόντες ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ
κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. διὸ ἐκλήθη ὁ
ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμε-
ρον. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ ἱερεμίου τοῦ
προφήτου λέγοντος. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκον-
τα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου; ὃν ἐ-
τιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐ-
τὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὼς συνέτα-
τκ ξέ μοι κύριος, *ὁ δὲ ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ
α ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν λέ-
τκα γων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; *ὁ δὲ
δ ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ. σὺ λέγεις. καὶ ἐν τῷ κατηγο-
ρεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσ-
βυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. τότε λέγει αὐτῷ
ὁ πιλᾶτος, οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυ-
ροῦσι; καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆ-
τκβ μα, ὥς τε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. *κατὰ
β δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄ-
τκγ χλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. *εἶχον δὲ τότε δέσ-
δ μιον ἐπίσημον λεγόμενον βαραββᾶν. συνηγ-
μένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. τί-
να θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν, βαραββᾶν, ἢ ἰη-
σοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; ἤδει γὰρ, ὅτι διὰ
τκδ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. *καθημένου δὲ αὐ-
ι τοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν
ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα. μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ
ἐκείνῳ, πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ
τκε δι' αὐτόν. *οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτε-
α ροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν
βαραββᾶν, τὸν δὲ ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς. τίνα θέλε-
τε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον.
τκς βαραββᾶν. λέγει αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. *τί οὖν
α ποιήσω ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; λέγου-
σιν αὐτῷ πάντες. σταυρωθήτω. ὁ δὲ ἡγεμὼν
ἔφη, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισ-
τκζ σῶς ἔκραζον, λέγοντες. σταυρωθήτω. *ἰδὼν
ι δὲ ὁ πιλᾶτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον
θόρυβος

foras, fleuit amare. Mane autem facto, XX/
consiliũ inierunt omnes principes sacerdo/ VII
tum & seniores populi aduersus Iesum, ut
eum morti traderẽt. Et uinctum eum addu/
xerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsi/
ξζ di. Tunc uidens Iudas qui eum prodiderat,
quòd damnatus esset, pœnitentia ductus re
tulit triginta argenteos principibus sacerdo
tum & senioribus, dicens: Peccaui, prodens
sanguinem innoxium. At illi dixerũt, Quid
ad nos? tu uideris. Et proiectis argenteis in
templo, recessit, & abiens laqueo se suspen/
dit. Principes autem sacerdotũ acceptis ar/
genteis, dixerunt, Non licet eos mittere in
corbonam, quia preciũ sanguinis est. Con/
silio autem inito, emerunt ex illis agrum fi/
guli, in sepulturam peregrinorum: quapro/
pter uocatus est ager ille, ager sanguinis, us/
q; in hodiernum diem. Tunc impletum est
quod dictum est per Hieremiã prophetam
dicentem, Et acceperunt triginta argenteos
precium æstimati, quem æstimatũ emerunt
à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figu/
li, sicut cõstituit mihi dominus. Iesus autem
stetit ante præsidẽ, & interrogauit eum præ
ses, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi
Iesus, Tu dicis. Et quum accusaretur à prin
cipibus sacerdotum & senioribus, nihil re/
spondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis
quàm multa aduersum te dicũt testimonia?
Et non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut
miraretur præses uehementer. In festo autẽ
consueuerat præses turbæ dimittere unum
uinctum quem uoluissent. Habebat autem
tunc uinctũ insignem, qui dicebatur Barab/
bas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus,
Vtrum uultis dimittã uobis Barabbam an
Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim
quòd propter inuidiam tradidissent eum.
Sedente aũt illo pro tribunali, misit ad eum
uxor eius, dicens: Nihil tibi cum iusto illo,
multa enim passa sum hodie in somnis pro/
pter eum. Principes aũt sacerdotũ & senio/
res persuaserũt turbis, ut peterent Barabbã,
Iesum uero perderent. Respondens aũt præ
ses ait illis, Vtrum uultis uobis è duobus di
mittam? At illi dixerũt, Barabbã. Dixit illis
Pilatus, Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur
Christus? Dicũt ei omnes, Crucifigat̃. Præ/
ses aũt ait, Quid enim mali fecit? At illi ma/
gis clamabãt, dicẽtes, Crucifigatur. Videns
autem Pilatus q̃ nihil proficeret, sed magis
tumultus

θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς
χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων. ἀθῶος ἐγὼ
ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου, ὑμεῖς ὄ-
ψεσθε. καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπεν. τὸ αἷ-
τκη μα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. *τό-
α τε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ ἰη-
σοῦν φραγελλώσας, παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.
τκθ *τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόν-
δ τες τὸν ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον
ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. καὶ ἐκδύσαντες
αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην, καὶ
πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δε-
ξιὰν αὐτοῦ, καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐ-
τοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ λέγοντες. χαῖρε ὁ βασιλεὺς
τλ τῶν ἰουδαίων. *καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν,
ς ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κε-
φαλὴν αὐτοῦ. καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυ-
σαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν
τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ στα-
τλε ρῶσαι. *ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρη-
α ναῖον, ὀνόματι σίμωνα, τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄ-
τλβ ρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. *καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον
α λεγόμενον γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου
τλγ τόπος. *ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς
δ μεμιγμένον. καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.
τλδ *σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμά-
α τια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἵνα πληρωθῇ τὸ
ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου. διεμερίσαντο τὰ ἱμά-
τια μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβα-
λον κλῆρον. καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.
τλε *καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν
α αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, οὗτός ἐστιν ἰησοῦς ὁ βα-
τλς σιλεὺς τῶν ἰουδαίων. *τότε σταυροῦνται σὺν αὐ-
α τῷ δύο λῃσαὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ ἀριστε-
τλζ μῶν. *οἱ δὲ παραπορευόμενοι, ἐβλασφήμουν αὐ
ς τὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες.
ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκο-
δομῶν, σῶσον σεαυτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβη
τλη θι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. *ὁμοίως καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμ-
β παίζοντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ πρεσβυ-
τέρων, ἔλεγον. ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύνα-
ται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω
νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. πέ-
ποιθεν ἐπὶ τὸν θεόν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει
αὐτόν. εἶπε γάρ, ὅτι θεοῦ εἰμι υἱός. *τοῦτο αὐτὸ
καὶ οἱ λῃσαὶ οἱ συνεσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδι-
τμ ζον αὐτόν. *ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένε-
β το ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης. *πε-
τμα ρὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ ἰησοῦς φω-
ς νῇ μεγάλῃ, λέγων. ἠλεὶ ἠλεὶ, λαμᾶ σαβαχθανί.
τοῦτ' ἔστιν, θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;

πινὲς

tumultus fieret, accepta aqua abluit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respõdens uniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipiētes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et quum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccinam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in dexteram eius, & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et quum expuissent in eum, acceperunt harundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerũt eum uestimentis suis, & abduxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonẽ: hunc adegerunt, ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est caluariæ locus. Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum, & quum gustasset, noluit bibere. Postquã autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimẽta eius, sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diuiserunt sibi uestimẽta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum ibi. Et imposuerant super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à dextris, & alter à siniſtris. Prætereuntes autem conuitia iaciebant in eum, mouẽtes capita sua, & dicentes: Tu ille qui destruebas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum: si filius dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum, illudentes cum scribis & senioribus dicebãt: Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si uult eum. Dixit enim, Filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam, & circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Heli heli lama sabachthani. Hoc est, Deus meus, deus meus cur deseruisti me?

Quidam

ξη περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ σώματος τοῦ κυρίου.

τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον,
τμβ ὅτι ἡλίαν φωνεῖ οὗτος. *καὶ εὐθέως δραμὼν
β εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε
ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ ἐπότιζεν αὐτόν. οἱ
δὲ λοιποὶ ἔλεγον. ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται ἡλίας
τμγ σώσων αὐτόν. *ὁ δὲ ἰησοῦς πάλιν κράξας φω-
α νῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. *καὶ ἰδοὺ τὸ κα-
τμδ τάπετασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνω-
β θεν ἕως κάτω. *καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι
τμε ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἠνεῴχθησαν, καὶ πολ-
ι λὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, καὶ
ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐ-
τοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανή-
τμϛ σθησαν πολλοῖς. *ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ'
β αὐτοῦ τηροῦντες τὸν ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν
καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγον-
τμζ τες. ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος. *ἦσαν δὲ ἐκεῖ
ϛ γυναῖκες πολλαὶ, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵ τι-
νες ἠκολούθησαν τῷ ἰησοῦ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας,
διακονοῦσαι αὐτῷ, ἐν αἷς ἦν μαρία ἡ μαγδαλη-
νὴ, καὶ μαρία ἡ τοῦ ἰακώβου καὶ ἰωσῆ μητὴρ, καὶ
τμη ἡ μητὴρ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου. *ὀψίας δὲ γε-
α νομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ ἀριμα-
θαίας, τὸ ὄνομα ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε
τῷ ἰησοῦ. οὗτος προσελθὼν τῷ πιλάτῳ ἠτήσα-
το τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ. τότε ὁ πιλᾶτος ἐκέλευσεν
τμθ ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. *καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ
α ἰωσὴφ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθη-
κεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμη-
σεν ἐν τῇ πέτρᾳ, καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν
τν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν. *ἦν δὲ ἐκεῖ μα-
ϛ ρία ἡ μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη μαρία, καθημέναι
τνα ἀπέναντι τοῦ τάφου. *τῇ δὲ ἐπ' αὔριον ἥ τις ἐστὶ
ι μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς
καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς πιλᾶτον, λέγοντες. κύριε,
ἐμνήσθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν,
μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. κέλευσον οὖν ἀσφα-
λισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας, μή
ποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψωσιν αὐ-
τὸν, καὶ εἴπωσιν τῷ λαῷ, ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν,
καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. ἔφη
αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος. ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε,
ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. οἱ δὲ πορευθέντες, ἠσ-
φαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον,
τνβ μετὰ τῆς κουστωδίας. *ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπι-
α φωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθεν μαρία ἡ μα-
γδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον.
καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ κυ-
ρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλι-
σε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐ-
τοῦ. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυ-
μα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ
ἐσείσθησαν

Quidam aũt illic ſtantium, quum audiſſent dicebant, Heliam uocat iſte. Et cõtinuo currens unus ex eis, quum acceptã ſpongiã impleſſet aceto, impoſuit harũdini, dabatq́ ei ut biberet. Cæteri uero dicebãt, Sine, uideamus an ueniat Helias liberaturus eũ. Ieſus aũt quum iterũ clamaſſet uoce magna, emiſit ſpiritũ. Et ecce uelum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque ad imum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerũt, & egreſsi è monumẽtis poſt reſurrectionem eius, uenerunt in ſanctam ciuitatẽ, & apparuerũt multis. Centurio uero & qui cum eo erãt cuſtodientes Ieſum, uiſo terræ motu & his quę facta fuerant, timuerunt ualde, dicẽtes, Vere filius dei erat iſte. Erãt aũt ibi mulieres multæ è longinquo ſpectãtes, quæ ſequutæ fuerant Ieſum à Galilea, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſe mater, & mater filiorũ Zebedæi. ξη Quum aũt ueſpera facta eſſet, uenit homo diues ab Arimathæa nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, hic acceſsit ad Pilatum, ac poſtulauit corpus Ieſu. Tũc Pilatus iuſsit reddi corpus. Et quum accepiſſet corpus Ioſeph, inuoluit illud ſindone mũda, poſuitq́ illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluto ſaxo ingenti ad oſtium monumẽti, abijt. Erat aũt ibi Maria Magdalene & altera Maria ſedẽtes contra ſepulchrũ. Poſtero aũt die quæ ſequitur paraſceuen, conuenerũt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatũ, dicẽtes: Domine, recordati ſum⁹ ꝙ impoſtor ille dixit adhuc uiuens, Poſt tres dies reſurgo. iube ergo muniri ſepulchrũ uſq́ in diem tertium, ne quãdo ueniant diſcipuli eius, & furẽtur eum, dicantq́ plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouiſsimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiam, ite, munite ſicut ſcitis. Illi aũt abientes munierũt ſepulchrũ, obſignato lapide, adhibitis cuſtodibus. Ve- XX/
ſpera aũt ſabbatorũ, quæ luceſcit in unã ſab- VIII
batorum, uenit Maria Magdalene & altera Maria, ut uiderent ſepulchrũ. Et ecce terræ motus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo, & accedẽs deuoluit lapidem ab oſtio, ſedebatq́ ſuper eum. Erat aũt aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimẽtũ eius candidũ ſicut nix. Præ timore aũt eius concuſsi

ἀνείδησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγήροντο ὡσεὶ νεκροί. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπεν ταῖς γυναιξί. μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς, οἶδα γὰρ ὅτι ἰησοῦν, τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν ὧδε. ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπεν. δεῦτε ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ κύριος. καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων. χαίρετε. αἱ δὲ προσελθοῦσαι, ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. τότε λέγει αὐταῖς ὁ ἰησοῦς. μὴ φοβεῖσθε. ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν γαλιλαίαν. κἀκεῖ με ὄψονται. πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις, λέγοντες. εἴπατε ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ, οἱ δὲ ἐδίστασαν. καὶ προσελθὼν ὁ ἰησοῦς ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

concussi sunt custodes,& facti sunt uelut mortui.Respondens aũt angelus,dixit mulieribus,Nolite timere uos:scio enim q̃ Iesum qui crucifixus est,quæritis:non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite,uidete locum ubi positus erat dominus.Et cito euntes dicite discipulis eius, q̃ surrexit à mortuis : & ecce præcedit uos in Galilæam,ibi eum uidebitis , ecce dixi uobis.Et digressæ celeriter à monumento cum timore & gaudio magno,currebant ut renunciarent discipulis eius.Quum autem issent ad renũcian dum discipulis eius,& ecce Iesus occurrit illis,dicens:Auete.Illæ autem accesserũt & tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus,Nolite timere:ite renunciate fratribus meis,ut eant in Galilæam,& ibi me uidebunt.Quæ quum abissent,ecce quidam è custodibus uenerũt in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant:& cõgregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus,dicẽtes,Dicite q̃ discipuli eius nocte uenerint,& furati sint eũ nobis dormientibus.Et si hoc auditũ fuerit sub præside,nos persuadebimus ei,& securos uos faciemus.At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti.Et diuulgatus est hic sermo apud Iudæos usq; in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierũt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus.Et quum uidissent illum,adorauerunt eum:quidam autem dubitauerunt.Et accedens Iesus,loquutus est eis, dicens:Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra:euntes ergo docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti:docentes eos seruare omnia quæcunq; præcepi uobis . Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.

EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM FINIS

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ
κατὰ σωφρόνιον.

Μαρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς πέτρου, καθὼς ὁ πέτρος ἐξηγεῖται ἀκήκοε, παρακληθεὶς ὑπὸ τῆ ῥώμη παρὰ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν εὐαγγέλιον. ὥσπερ ἐντυχὼν πέτρῳ ἐδοκίμασε, καὶ τῆ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐχειρώσατο, καθὰ συνεγράψατο ἱλαρώτερος ὑπὸ τοῦ ἑκτῳ τῶν ἐντεῦθεν σωσεως λόγῳ. καὶ παπίας ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος μέμνηται τούτου τοῦ μάρκου. καὶ πέτρος ἐν τῆ πρώτη ἐπιστολῆ, ἣν ὀνόματι βαβυλῶνος, οἰκονικῶς ῥώμην σημαίνων. ἀσπάζεται ὑμᾶς φησὶν ἡ ἐν βαβυλῶνι συν τῆ ἐκλεκτῆ, καὶ μάρκος ὁ ἐμὸς υἱός. παραλαβὼν τοιγαροῦν τὸ εὐαγγέλιον ὥσπερ αὐτὸς συνέταξε, καταλαμβάνει τὴν ἄιγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν ἀλεξανδρείᾳ ἰησοῦ χριστοῦ κηρύττων, κατεστήσατο ἐκκλησίαν. τοσαύτη παιδεύσει τοῦ βίου κατορθώσει τε λόγου ἐπεσθαι τῆ τότε διαγωγῆ. ὅθεν ὁ φίλων ὁ τῶν ἱεροσολύμων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ πρώτην ἐκκλησίαν ἐπιδιαιζουσαν, ὡσανεὶ εἰς ἔπαινον τοῖς οἰκείοις ἔθνεσι, βίβλον περὶ τῆς τότε διαγωγῆς συνεγράψατο. ὡσπερ λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα δυνηθῆναι κοινὰ, ὅτως κἀκεῖνος ὥσπερ ἐν ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ μάρκου τοῦ διδασκάλου ὥρα γινόμενον, τῆ μνήμη παρέδωκε. τελευτήσας δὲ τῆ ὀγδόῃ τοῦ νερῶνος ἔτει, ἀποτεθεὶς ἐν ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν ἀνανίου.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ
εὐαγγέλιον τοῦ θεοφυλάκτου ὡς δοκεῖ.

Το τῆ μάρκου εὐαγγέλιον μετὰ δέκα ἐπὶ τῆ χριστοῦ ἀναλήψεως συνεγράφη ἐν ῥώμη. ἐν μὲν γὰρ οὖν τοῦ μάρκος πέτρου μαθητὴς, ὃν υἱὸν αὐτοῦ ὁ πέτρος ὀνομάζει πνευματικὸν πάντως. ἐκαλεῖτο δὲ ἰωάννης. ἀνεψιὸς δὲ βαρνάβα. ἀλλὰ παύλου συνέκδημος. τέως μὲν οὖν πέτρῳ συνῆν τὰ πλεῖστα, καὶ ἐν ῥώμη συνῆν. ἠτήσαντο οὖν αὐτὸν οἱ ἐν ῥώμη πιστοί, μὴ μόνον ἀγράφως κηρύσσειν, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ἐκθέσθαι τὴν τῆ χριστοῦ πραγματείαν. μόλις δὲν πεισθεὶς συνεγράψατο. τῷ δὲ πέτρῳ ἀποκαλύφθη παρὰ θεοῦ, ὅτι μάρκος συνέγραψεν εὐαγγέλιον. ἰδὼν δὲ καὶ βεβαιώσας ὡς ἀληθῆς, εἶτα καὶ ἐπίσκοπον αὐτὸν ἀποστείλειν εἰς ἄιγυπτον. ἐνθα δὴ καὶ κηρύξας ἐν ἀλεξανδρείᾳ τε ἐκκλησίαν συστησάμενος, ὡς μὴ μόνον ἐκεῖνα πάντας ἐφώτισεν. ἔστι δὲν ὁ χαρακτὴρ τοῦ εὐαγγελίου ἁφὴς, καὶ οὐδὲν ἔχων περιττευόμενον. χεδὸν τε τῆ πάντα τῷ ματθαίῳ συμπερέχων ὁ παρὼν εὐαγγελιστὴς, πλὴν ὅσον ὁ ματθαῖος πλατύτερος, καὶ ὅπου ὁ μὲν ματθαῖος τῆ σάρκα γεγενῆσθαι τὸν κυρίου ἐν ἀρχῆ μνημονεύει, ὅτος δὲ ἀπὸ τοῦ προφήτου ἤρξατο ἰωάννου. ὅθεν τινὲς εἰ καὶ προτερότερον δοκεῖ, τοιοῦτόν τι νόημα ἔπου ὑπὸ τοῖς εὐαγγελισταῖς, ὁ μὲν τῶν χερουβὶμ καθήμενος θεὸς, ἃ τετραπρόσωπα ἡ γραφὴ λέγει, παρέδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ εὐαγγέλιον ἑνὶ συνδύμαι σωεχόμενον. ὥσπερ δὲν τὰ χερουβὶμ ἕκαστον, ἐν μὲν πρόσωπον εἶχεν ὅμοιον λέοντι, ἕτερον δὲ ἀνθρώπῳ, καὶ ἕτερον ἀετῷ, καὶ ἕτερον μόσχῳ, ὅτως καὶ ἡ τὸ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πραγματεία. τὸ μὲν τῆ ἰωάννου εὐαγγέλιον, ἔχει λεοντοπρόσωπον. βασιλικὸν γὰρ ὁ λέων, καὶ ἡγεμονικὸν θηρίον. ὁμοίως δὲν καὶ ὁ ἰωάννης ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ καὶ θεσπεσίου ἀξιώματος τοῦ θεσπίτου τοῦ λόγου ἤρξατο, εἰπὼν, ἐν ἀρχῆ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν. τὸ δὲ τῆ ματθαῖον, ἀνθρωποπρόσωπον, ἀπὸ γὰρ τοῦ τῆ σάρκα γεννήσεως καὶ γενεαλογήσεως τοῦ λόγου ἤρξατο. τὸ δὲ τῆ μάρκου, ἀετῷ παρεικαζόμενον. ἀπὸ γὰρ προφήτου ἤρξατο τοῦ ἰωάννου. ἡ δὲ προφητικὴ χάρις πτηνοειδεστάτη ἔστι καὶ ὀξέως τὰ πόρρω βλέπουσα, ἀετὸς ὅτι. φασὶ γὰν τὸν ἀετὸν ὀξυδορκέστατον εἶναι, ὡς τε καὶ μόνον ἐκ τῶν ἄλλων ζώων πρὸς τὸν ἥλιον δύνασθαι ἀτενίζειν μὴ καμμύοντα. μόσχῳ δὲ ὅμοιον τὸ τῆ λουκᾶ, διότι ἀπὸ τῆ ἱερατείας τοῦ ζαχαρίου ἤρξατο, ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ θυομένου. μόσχος δὲ ἦν ὁ θυόμενος τότε. ἄρχεται δὲν ὁ μάρκος τοῦ εὐαγγελίου ἀπὸ τῆ προφητικῆ ἀναγωγῆς καὶ ὑφηγήσεως. ἄκουε οὖν τί φησίν.

ΕΥΑΓΓΕ-
ΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ

α ΑΡΧΗ τοῦ εὐαγγελίου ἰησοῦ χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ,
β ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις. *ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμ-
β προσθέν σου. *φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. *ἐγένετο ἰω-
γ ἀννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βαπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ ἐξεπορεύοντο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ ἰουδαία χώρα, καὶ
ε οἱ ἱεροσολυμῖται, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἦν δὲ ὁ ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσ-
φ φῦν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον, καὶ ἐκήρυσσε λέγων. *ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου
κ ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ. καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν
ι ἰησοῦς ἀπὸ ναζαρὲθ τῆς γαλιλαίας. *καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ ἰωάννου εἰς τὸν ἰορδάνην. καὶ εὐθὺς ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδεν σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν καταβαῖνον
ιβ εἰς αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν. σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. *καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον. καὶ ἦν
ιγ ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. *καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ. *μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι ἰωάννην, ἦλθεν ἰησοῦς εἰς τὴν γαλιλαίαν, *κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ
θ θεοῦ, καὶ λέγων. ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. παράγων δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, εἶδεν σίμωνα καὶ ἀνδρέαν
ιι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. *καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων. καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ
ιε δίκτυα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. *καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδεν ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, καὶ ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα, καὶ εὐθέως

EVANGE-
LIVM SECVNDVM MARCVM

INITIVM euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in prophetis, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Vox clamātis in deserto, Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Baptizabat Ioannes in deserto, prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebantur ad eum tota Iudæa regio, ac Hierosolymitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Erat autem Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, uescebaturq; locustis ac melle syluestri: & prædicabat, dicens, Venit is qui fortior est me post me, cuius non sum idoneus, ut procumbens soluam corrigiam calciamentorū. Ego quidem baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis, uenit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim quum ascenderet ex aqua uidit diffindi cœlos, & spiritum quasi columbam descendentem super illum. Et uox facta est de cœlis, Tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et continuo spiritus illum expellit in desertum, & erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur à satana, eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi. Postquam autem comprehensus esset Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei, & dicens, Impletum est tempus, instatq; regnum dei, resipiscite & credite euangelio. Quum ambularet autem iuxta mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius, iacientes retia in mare: erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus, Sequamini me, & faciam ut efficiamini piscatores hominum. Ac protinus relictis retibus suis, secuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, uidit Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in naui reconcinnabant retia, statimq;

α περὶ τῶν δαιμονιαζομένου. β περὶ τῆς πενθερᾶς πέτρου. γ περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων. δ περὶ τῶν λεπρῶν.

θέως ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα
αὐτῶν ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθω-
ιβ τῶν ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ. * καὶ εἰσπορεύονται
η εἰς καπερναούμ. καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰ-
ιγ σελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδίδασκεν. * καὶ
β ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ἦν γὰρ δι-
δάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς
ιδ οἱ γραμματεῖς. * καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐ-
η τῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀ-
νέκραξε λέγων. ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ ἰησοῦ ναζαρη-
νέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅ-
γιος τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, λέ-
γων. φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. καὶ σπαρά-
ξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν
φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ. καὶ ἐθαμβήθη-
σαν πάντες, ὥς τε συζητεῖν πρὸς αὑτοὺς, λέγον-
τες. τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ὅτι
κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις
ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀ-
κοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς γαλι-
ιε λαίας. * καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόν-
β τες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν σίμωνος καὶ ἀνδρέου με-
τὰ ἰακώβου καὶ ἰωάννου. ἡ δὲ πενθερὰ σίμωνος κα-
τέκειτο πυρέσσουσα, καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ
περὶ αὐτῆς. καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατή-
σας τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς
εὐθέως, καὶ διηκόνει αὐτοῖς. ὀψίας δὲ γενομένης,
ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς
κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομένους, καὶ ἡ πόλις
ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν, καὶ ἐθερά-
πευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις.
ις * καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν
η τὰ δαιμόνια ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. * καὶ πρωὶ ἐννυ-
ζ χον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἰησοῦς εἰς
η ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο. καὶ κατεδίωξαν
αὐτὸν ὁ σίμων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες αὐ-
τὸν, λέγουσιν αὐτῷ. ὅτι πάντες ζητοῦσί σε. καὶ λέ-
γει αὐτοῖς. ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις,
ἵνα καὶ ἐκεῖ κηρύξω. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα. καὶ
ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅ-
λην τὴν γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβαλ-
ιη λων. * καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς παρα-
β καλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτῷ, καὶ λέγων
αὐτῷ. ὅτι ἐὰν θέλῃς δύνασαί με καθαρίσαι. ὁ δὲ
ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψα-
το αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ. θέλω, καθαρίσθητι,
καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐ-
τοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη. καὶ ἐμβριμη-
σάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν. καὶ
λέγει αὐτῷ. ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, ἀλλὰ ὕ-
παγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε
περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, ἃ προσέταξε μωσῆς εἰς
μαρτύ-

timq; uocauit illos. Et illi relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, sequuti sunt eum. Et ingrediuntur Capernaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos, tanquam autoritate præditus, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit dicens, Ah, quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Noui te quis sis, nimirum ille sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicẽs, Obmutesce, & exi ab homine. Et quum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetq; uoce magna, exijt ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes, Quid est hoc? quæ doctrina noua hæc? quia cum autoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Emanauit autem fama eius statim in totam undiq; regionem Galilææ finitimam. Et protinus è synagoga egressi, uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris ilico, ac ministrabat eis. Vesperi uero quum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad ostium, & sanauit multos qui ægrotabant uarijs morbis, & dæmonia multa eijciebat: & non sinebat loqui dæmonia, quod ipsum nossent. Et mane multa adhuc nocte quum surrexisset, egressus est, & abijt Iesus in desertum locum, ibiq; orabat. Et prosequutus est eum Simon, & qui cum illo erant: & quum inuenissent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt. Et ait illis, Eamus in proximos uicos, ut & ibi prædicem: in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat. Et uenit ad eum leprosus, deprecans eum, eiq; ad genua accidens, ac dicens illi, Si uis potes me mundare. Iesus autem misertus, protensa manu, tetigit illum, & dicit ei, Volo: mundus esto. Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus ei, statim emisit illum, dicitq; ei, Vide ne cui quicquam dicas: sed abi teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quæ præcepit Moses in testimo-

μαρτύριον αὐτοῖς. * ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο
ι κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον,
ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πό-
λιν εἰσελθεῖν, ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν,
καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.
ιβ * καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι'
α ἡμερῶν, καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, καὶ εὐ-
θέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥστε μηκέτι χω-
ρεῖν, μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, καὶ ἐλάλει αὐ-
τοῖς τὸν λόγον. καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν παρα-
λυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων.
καὶ μὴ δυνάμενοι προσενέγκαι αὐτῷ διὰ τὸν
ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν, καὶ
ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράβαττον, ἐφ' ᾧ ὁ
παραλυτικὸς κατέκειτο. ἰδὼν δὲ ὁ ἰησοῦς τὴν
πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ. τέκνον,
ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. ἦσαν δέ τινες
τῶν γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλο-
γιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, τί οὗτος
οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέ-
ναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός; καὶ εὐθέως ἐπι-
γνοὺς ὁ ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως
διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς εἶπεν αὐτοῖς. τί ταῦ-
τα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί ἐ-
στιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, ἀφέ-
ωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν ἔγειρε καὶ ἆ-
ρον σου τὸν κράβαττον, καὶ περιπάτει; ἵνα
δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώ-
που ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, λέγει τῷ πα
ραλυτικῷ. σοὶ λέγω, ἔγειρε, καὶ ἆρον τὸν κρά-
βαττόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. καὶ ἠ-
γέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράβαττον ἐξῆλ-
θεν ἐναντίον πάντων. ὥστε ἐξίστασθαι πάντας,
καὶ δοξάζειν τὸν θεὸν, λέγοντας. ὅτι οὐδέποτε
κβ οὕτως εἴδομεν. * καὶ ἐξῆλθεν πάλιν παρὰ τὴν
β θάλασσαν, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτὸν,
καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς. καὶ παράγων ὁ ἰησοῦς,
εἶδεν λευὶ τὸν τοῦ ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τε-
λώνιον, καὶ λέγει αὐτῷ. ἀκολούθει μοι, καὶ ἀνα-
κβ στὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κα-
β τακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τε-
λῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ ἰησοῦ,
καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ
ἠκολούθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ
φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν
τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς
αὐτοῦ. τί, ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτω-
κγ λῶν ἐσθίει καὶ πίνει; * καὶ ἀκούσας ὁ ἰησοῦς,
β λέγει αὐτοῖς. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰα-
τροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. οὐκ ἦλθον καλέ-
σαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.
καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ ἰωάννου καὶ οἱ τῶν φαρισαίων

testimoniũ illis. At ille egressus, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita ut iam non posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, & ueniebant ad eum undique. ε Et iterum intrauit Capernaum post dies aliquot, & auditum est quod in domo esset, & protinus congregati sunt multi, adeo ut iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis sermonem. Et ueniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur: & quum non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum ædium in quibus erat, perfossoq; tecto funibus demittunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat. Quum autem uidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis, Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Et protinus ubi cognouisset Iesus spiritu suo, quòd sic cogitarent intra sese, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere paralytico, Remittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quòd filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata: ait paralytico: Tibi dico, Surge, ac tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam. Et statim surrexit, sublatoq; grabato egressus est in conspectu omnium, adeo ut stupescerent omnes & glorificarent deum, dicentes, Nunquam sic uidimus. Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eũ, ϛ ac docebat eos. Et quum præteriret Iesus, uidit Leui, Alphæi filium, sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Isq; surgens sequutus est eum. Et factũ est, quum accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi qui sequuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisæi quum uidissent eum capiẽtem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quid est quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus ait illis: Non opus habent qui bene ualent, medico, sed qui male habent. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et discipuli Ioannis ac phari-

σαίων νηστεύουσιν, καὶ ἔρχονται, καὶ λέγουσιν αὐτῷ. διὰ τί οἱ μαθηταὶ ἰωάννου, καὶ οἱ τῶν φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι; καὶ ἔφη αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅτε ἂν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγναφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, εἰ δὲ μή, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται, ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς
κδ ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον. *καὶ ἐγένετο, παραπο
β ρεύεσθαι αὐτὸν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν, τίλλοντες τοὺς στάχυας, καὶ οἱ φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ. ἴδε τί ποιοῦσιν τοῖς σάββασιν, ὃ οὐκ ἔξεστι; καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς, οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχεν, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ ἐπὶ ἀβιαθὰρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι; καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι; καὶ
κε ἔλεγεν αὐτοῖς. *τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον
β ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν, καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα. καὶ παρετήρουν αὐτὸν, εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, ἔγειρε εἰς τὸ μέσον. καὶ λέγει αὐτοῖς, ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι; οἱ δὲ ἐσιώπων. καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ. ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀπε
κς κατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη. *καὶ ἐξ
δ ελθόντες οἱ φαρισαῖοι εὐθέως μετὰ τῶν ἡρωδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν
κζ ἀπολέσωσι. *καὶ ὁ ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν
α μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν. καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς γαλιλαίας ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς ἰουδαίας, καὶ ἀπὸ ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς ἰδουμαίας, καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου, καὶ οἱ περὶ τύρον καὶ σιδῶνα πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν. καὶ εἶπεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν. πολ-

λοὺς

saeorum ieiunabant, ueniuntq́, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus, Num possunt filij thalami nuptialis in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quādiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autē dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabūt in illis diebus. Et nemo assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri, alioquin aufert supplementum eius nouum à ueteri, & peior scissura fit. Et nemo mittit uinum mustum in utres ueteres, alioqui disrumpit uinum mustum utres, & uinum effunditur, & utres pereūt, sed uinum mustum in utres nouos mitti debet. Et accidit, ut trāsiret sabbatis per segetes, & cœperunt discipuli eius inter uiam uellere spicas, & pharisæi dicebant ei, Ecce, cur faciunt sabbatis quod non licet? Et ipse ait illis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quum opus haberet, & esuiret ipse & qui cum eo erant? quomodo ingressus sit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus: & dederit etiam ijs qui secum erant? Et dicebat illis, Sabbatū propter hominem factum est: non homo propter sabbatum. Itaq; dominus est filius hominis, etiam sab-
ζ bati. Et introiuit iterum in synagogam, 111
& erat ibi homo arefactam habēs manum: & obseruabant eum, an sabbatis sanaturus esset eum, ut accusarent illum. Et ait homini habenti manum arefactam, Surge in medium. Et dicit illis, Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere? At illi tacebant. Et quum circunspexisset eos cum iracundia, condolescens super cæcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illius sana, ut altera. Egressi uero pharisæi, statim unà cum Herodianis cōsilium inibant aduersus eum, ut illum perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & ingens multitudo à Galilæa sequuta est eum, & ab Iudæa & ab Hierosolymis & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem, hominū multitudo magna: qui quū audissent quę faciebat, uenerunt ad eum. Et iussit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbā, ne ipsum premerent. Mul-

tos

κ. περὶ τῶν ἀπεστόλων ἐκλογῆς.

λοὺς γὰρ ἐθεραπεύσειν, ὥς τε ἐπιπίπτειν αὐτῷ,
κη ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μαστιγας. *καὶ τὰ
θ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅτ' ἂν αὐτὸν ἐθεώρει,
προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε λέγοντα. ὅτι σὺ εἶ
ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ
κθ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι. *καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ
β ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός. καὶ ἀ-
πῆλθον πρὸς αὐτ. καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι
μετ' αὐτοῦ. καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν, καὶ
ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλ
λ λειν τὰ δαιμόνια. *καὶ ἐπέθηκε τῷ σίμωνι ὄνο-
β μα πέτρον, καὶ ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, καὶ
ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἰακώβου, καὶ ἐπέθηκεν
αὐτοῖς ὀνόματα βοανεργὲς, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς.
καὶ ἀνδρέαν, καὶ φίλιππον, καὶ βαρθολομαῖον,
καὶ ματθαῖον, καὶ θωμᾶν, καὶ ἰάκωβον τὸν τοῦ
ἀλφαίου, καὶ θαδδαῖον, καὶ σίμωνα τὸν κανανί-
την, καὶ ἰούδαν ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν
λα αὐτόν. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. *καὶ συνέρχεται
ι πάλιν ὄχλος ὥς τε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρ-
τους φαγεῖν. καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλ-
Aliâs θον κρατῆσαι αὐτόν. ἔλεγον γὰρ, ὅτι ἐξέστατο. *καὶ
ἐξέστη οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων καταβάντες,
λβ ἔλεγον, ὅτι βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι
β τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. *καὶ προσ
λγ καλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐ-
β τοῖς. πῶς δύναται σατανᾶς σατανᾶν ἐκβάλλειν;
καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται στα
θῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη. καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν
μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη. καὶ εἰ
ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, οὐ δύ
ναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει. οὐ δύναται οὐ-
δεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν
αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δή
λδ σῃ, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. *ἀ-
β μὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρ
τήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφη-
μίαι, ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν. ὃς δ' ἂν βλασφη-
μήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς
τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. ὅτι
λε ἔλεγον, πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει. *καὶ ἔρχον-
β ται ἡ μητὴρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ ἔξω ἑστηκό-
τες, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν,
καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτὸν, εἶπον δὲ αὐτῷ.
ἰδοὺ ἡ μητήρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί
σε. καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων. τίς ἐστιν ἡ μητήρ
μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου; καὶ περιβλεψάμενος
τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, λέ-
γει. ἰδοὺ ἡ μητήρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. ὃς γὰρ
ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, οὗτος ἀδελφός
λζ μου, καὶ ἀδελφή μου, καὶ μητήρ ἐστι. *καὶ πά-
β λιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν.

tos enim sanauerat, ita ut irruerent in eum, quo illum tangerent, quotquot affligebantur. Et spiritus immundi quum illum uidissent, procidebant ei, & clamabant dicentes, Tu es filius dei. Et uehemēter interminabatur eis, ne se manifestum facerent. Et ascendit in montē, ac uocat ad se quos uoluit ipse: & uenerūt ad eum. Et fecit duodecim ut essent secum, & ut emitteret eos ad prædicandum, utq; haberent potestatem sanandi morbos, eijciendiq; dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui, & Andream & Philippum & Bartholomæum & Matthæum & Thomam & Iacobum Alphæi filium & Thaddæum & Simonem Cananæū, & Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum. Et ueniūt in domum, & conuenit iterum turba, sic ut non liceret illis uel panes edere: & quum audissent qui ad illum attinebant, exierunt ut manus inijcerent in eum. Dicebant enim, In furorem uersus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebāt: Beelzebul habet, & per principem dęmoniorum eijcit dæmonia. Et ad se uocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere? Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, non potest stare regnum illud. Et si domus contra semetipsam diuisa fuerit, non potest stare domus illa: & si satanas insurrexit aduersus semetipsum ac diuisus est, nō potest stare, sed finē habet. Non potest quisquam uasa fortis, ingressus in domū illius, diripere, nisi prius fortem alligarit, & tūc domum eius diripiet. Amen dico uobis, Omnia remittentur filijs hominum peccata, & conuitia, quibuscūq; cōuitiati fuerint. At qui conuitium dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius est æterno iudicio. Dicebāt enim, Spiritum immūdum habet. Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stātes, miserūt ad eū qui euocarent eū, & sedebat turba circa eū, dicūtq; ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quęrūt te. Et respōdit eis, dicēs, Quę est mater mea & fratres mei? Et quum circūspexisset in circuitu circum se discipulos sedētes, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui em̄ fecerit uolūtatē dei, hic frater meꝰ & soror mea & mater est. Et iterū cœpit docere iuxta mare IIII

θ περὶ τοῦ σπόρου παραβολή.

καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥς τε αὐ-
τὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θα-
λάσσῃ, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ
τῆς γῆς ἦν. καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβο-
λαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐ-
τοῦ. ἀκούετε, ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖ- θ
ραι, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε πα-
ρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,
καὶ κατέφαγεν αὐτό. ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πε-
τρώδη, ὅπου οὐκ εἶχεν γῆν πολλὴν, καὶ εὐθέως
ἐξανέτειλε διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, ἡλίου δὲ
ἀνατείλαντος, ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔ-
χειν ῥίζαν, ἐξηράνθη. καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς
ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέ-
πνιξαν αὐτὸ, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε. καὶ ἄλλο
ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν
ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα, καὶ ἔφερεν ἓν τρι-
άκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν. καὶ ἔ-
λεγεν αὐτοῖς. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.
ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν
οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παραβο-
λήν. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. ὑμῖν δέδοται γνῶναι
λζ τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. *ἐκείνοις
α δὲ τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνε-
ται, ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι,
καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι, μή-
ποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρ-
τήματα. καὶ λέγει αὐτοῖς. οὐκ οἴδατε τὴν
παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς πα-
λῃ ραβολὰς γνώσεσθε; *ὁ σπείρων τὸν λόγον
β σπείρει. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν ὅπου
σπείρεται ὁ λόγος, καὶ ὅτ' ἂν ἀκούσωσιν, εὐ-
θέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ ἄρει τὸν λόγον
τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. καὶ
οὗτοί εἰσιν ὁμοίως, οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπει-
ρόμενοι, οἳ ὅτ' ἂν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέ-
ως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτὸν, καὶ οὐκ
ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰ-
σιν, εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ
τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται. καὶ οὗ-
τοί εἰσιν, οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗ-
τοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες, καὶ αἱ μέρι-
μναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ
πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσ-
πορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄ-
καρπος γίνεται. καὶ οὗτοί εἰσιν, οἱ ἐπὶ τὴν
γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵ τινες ἀκούου-
σι τὸν λόγον καὶ παραδέχονται, καὶ καρπο-
λθ φοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ
β ἓν ἑκατόν. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. *μή τι ὁ λύ-
Aliâs χνος *καίεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ
ἔρχετ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπι-
τεθῇ

& cõgregata est ad eum turba multa, ita ut nauim ingressus, sederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite, ecce exibat seminator ad seminandum: & accidit inter seminandum, aliud quidem cecidit secus uiam, uenerunt q; uolucres cœli & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam, & statim exortum est, quod non haberet altitudinem terræ: sole autem exorto, æstu affectum est: & eo quod non haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & succreuerunt spinæ ac suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terrã bonam, & dabat fructum emergentem atq; crescentem: & afferebat unum triginta, & unum sexaginta, & unum cẽtum. Ac dicebat illis, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Quum autẽ cœpisset esse solus, interrogauerũt eum hi qui circum illum erant cum duodecim, de parabola, & dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni dei: illis autẽ qui foris sunt per parabolas omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non cernant: & audiẽtes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur & remittantur eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Seminator ille sermonem seminat. Isti uero sunt, quorum alij iuxta uiam dicuntur ubi seminatur sermo, & quum audierint, confestim uenit satanas, & aufert sermonem qui seminatus est in cordibus eorum. Et alij sunt similiter, qui in petrosa semen excipiunt: qui quum audierint sermonem, statim cum gaudio accipiunt illum, & non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deinde coorta afflictione aut persequutione propter sermonẽ, confestim offenduntur. Et alij sunt qui in spinas semen excipiunt: hi sunt qui sermonẽ audiunt, & solicitudines seculi huius ac deceptio diuitiarum, cæterarumq; rerum cupiditates introeuntes, suffocant sermonem, ac redditur infructifer. Et alij sunt qui in terram bonam semen exceperunt, qui audiunt sermonem & suscipiunt, & fructificant, ita ut aliud granum adferat triginta, aliud sexaginta, aliud centum. Et dicebat illis, Num lucerna incenditur, ut subter modium ponatur, aut subter lectum? Nonne ut super candelabrum ponatur

ι περὶ τῆς ἀπολυμήσεως τῶν ὑδιάτων. ια περὶ τοῦ λεγεῶνος.

μ τεθῇ; *οὐ γὰρ ἐστί τι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανε-
β ρωθῇ, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανε-
μα ρὸν ἔλθῃ. εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. *καὶ
β ἔλεγεν αὐτοῖς. βλέπετε τί ἀκούετε. ἐν ᾧ μέτρῳ
μετρεῖτε, μετρεθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται
μβ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. *ὃς γὰρ ἂν ἔχει, δοθήσεται
β αὐτῷ. καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ'
μγ αὐτοῦ. *καὶ ἔλεγεν. οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ
ι θεοῦ. ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς
dixit: Consummatū est, & inclinato capite
tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniā para-
sceue erat, ut non remanerēt in cruce corpo-
ra sabbato (erat enim magnus dies ille sab-
bati) rogauerūt Pilatum, ut frangerētur eo-
rum crura, ac tollerētur. Venerūt ergo mili-
tes, & primi quidem fregerūt crura, & alte-
rius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum au-
tem quum uenissent, ut uiderunt eum iam
mortuū, non fregerunt eius crura: sed unus
militum lancea latus eius fodit, & continuo
exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimo-
niū perhibuit, & uerū est testimoniū eius.
Et ille scit quod uera dicit, ut & uos creda-
tis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura imple-
retur: Os non cōminuetis ex eo. Et rursus
alia scriptura dicit: Videbunt in quē pupu-
gerunt. Post hæc aūt rogauit Pilatū Ioseph
Arimathiensis, qui erat discipulus Iesu, sed
occultus propter metū Iudæorū: ut tolleret
corpus Iesu, idq; ꝑmisit Pilatus. Venit aūt
& Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte
primū, ferēs mixturam myrrhæ & aloes ad
libras fermè centum. Acceperunt ergo cor-
pus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cū aro-
matibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat
aūt in eo loco ubi crucifixus est, hortus, &
in horto monumentū nouum, in quo non-
dum quisquā positus erat. Ibi ergo propter
parasceuen Iudæorum, quod in propinquo
esset monumentū, posuerūt Iesum. Vno XX
uero die sabbatorū Maria Magdalene ue-
nit mane, quū adhuc tenebræ essent, ad mo-
numentum

μείου, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνη-
σῖ μείου. *τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς σίμωνα πέ
ι τρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει ὁ ἰη
σοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς. ἦραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνη
μείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. ἐξῆλθεν
οὖν ὁ πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ ἤρχοντο
εἰς τὸ μνημεῖον. ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ ὁ ἄλ-
λος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ πέτρου, καὶ
ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον καὶ παρακύψας
βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια, οὐ μὴν εἰσῆλθεν. ἔρ-
χεται οὖν σίμων πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰ-
σῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κεί-
μενα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐ
τοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντε
τυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ
ὁ ἄλλος μαθητὴς, ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνη-
μεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν. οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν
τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆ-
ναι. ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.
σιὰ *μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω.
α ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεω
ρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους ἕνα
πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσίν, ὅπου ἔ-
σιβ κειτο τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ. *καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐ-
ι κεῖνοι. γύναι, τί κλαίεις; λέγει αὐτοῖς, ὅτι ἦραν τὸν
κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. καὶ ταῦ
τα εἰποῦσα ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ θεωρεῖ τὸν
ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ ἰησοῦς ἐστι. λέγει αὐ
τῇ ὁ ἰησοῦς. γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; ἐκείνη
δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ. κύριε, εἰ
σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας,
κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς, μαρία. στρα
φεῖσα ἐκείνη, λέγει αὐτῷ. ῥαββουνί, ὃ λέγεται δι-
δάσκαλε. λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς. μή μου ἅπτου. οὔπω
γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου. πορεύου δὲ
πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς. ἀναβαίνω
πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν
μου καὶ θεὸν ὑμῶν. ἔρχεται μαρία ἡ μαγδαληνὴ,
ἀναγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν κύ-
σιγ ριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ. *οὔσης οὖν ὀψίας τῇ
θ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων καὶ τῶν θυρῶν
κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι
διὰ τὸν φόβον τῶν ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ ἰησοῦς, καὶ ἔστη
εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς. εἰρήνη ὑμῖν. καὶ τοῦτο
εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν
σιδ αὐτοῦ. *ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ, ἰδόντες τὸν
ι κύριον. εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς πάλιν. εἰρήνη
ὑμῖν. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμ-
πω ὑμᾶς. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐ
τοῖς. λάβετε πνεῦμα ἅγιον. *ἄν τινων ἀφῆτε
σιε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆ-
ζ τε, κεκράτηνται. *θωμᾶς δὲ εἷς ἐκ τῶν δώδεκα,
ὁ λεγό

numentũ, uidetq; lapidem ſublatũ à monu-
mento. Currit ergo & uenit ad Simonẽ Pe-
trum, & ad alterũ illum diſcipulũ, quẽ ama
bat Ieſus, & dicit illis: Suſtulerũt dominũ è
monumẽto, & neſcimus ubi poſuerint eũ.
Exĳt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, &
uenerũt ad monumentũ. Currebãt aũt duo
ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit ci
tius Petro, uenitq; prior ad monumentũ. Et
quũ ſe inclinaſſet, uidit poſita linteamina,
non tamẽ introiuit. Venit ergo Simon Pe-
trus ſequẽs eũ & introiuit in monumentũ,
& uidit linteamina poſita, & ſudariũ quod
fuerat ſup caput eius nõ cum linteaminib⁹
poſitũ, ſed ſeparatim inuolutũ in unũ locũ.
Tunc ergo introiuit & ille alius diſcipulus,
qui uenerat prior ad monumẽtũ, uiditq; &
credidit: nondũ enim nouerant ſcripturã, q
oportuiſſet eũ à mortuis reſurgere. abierũt
ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos. Maria
aũt ſtabat ad monumẽtũ foris plorãs. Dum
ergo fleret, inclinauit ſe in monumẽtũ, & ui
det duos ãgelos amictos albis, ſedẽtes unũ
ad caput, & alterũ ad pedes illic, ubi poſue-
rãt corpus Ieſu. Dicũt ei illi: Mulier, q̃d plo
ras? Dicit eis: Suſtulerũt dominũ meũ, nec
ſcio ubi poſuerũt eũ. Hæc quũ dixiſſet, con
uerſa eſt retrorſũ, & uidet Ieſum ſtantẽ, nec
ſciebat q̃ Ieſus eſſet. Dicit ei Ieſus: Mulier,
quid ploras? Quẽ quæris? Illa exiſtimãs q̃
hortulanus eſſet, dicit ei: Dñe, ſi tu aſporta-
ſti eum, dicito mihi ubi poſueris eũ, & ego
eũ tollã. Dicit ei Ieſus: Maria. Cõuerſa illa,
dicit ei: Rabboni. quod dicit magiſter. Di-
cit ei Ieſus: Noli me tãgere. Nõdũ em̃ aſcẽ-
di ad patrẽ meũ. Sed uade ad fratres meos,
& dic eis: Aſcẽdo ad patrẽ meũ & patrẽ ue
ſtrũ, & deũ meũ, & deũ ueſtrũ. Venit Ma-
ria Magdalene, annuncians diſcipulis q̃ ui
diſſet dominũ, & ea dixiſſet ſibi. Quũ ergo
ueſpera eſſet die illo qui erat unus ſabbato
rum, & fores eſſent clauſæ, ubi erãt diſcipu
li cõgregati propter metũ Iudęorũ, uenit Ie
ſus, ſtetitq; in medio & dicit eis: Pax uobis.
Et quũ hæc dixiſſet, oſtẽdit eis manus ac la
tus ſuũ. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, uiſo do-
mino. Dixit ergo eis iterũ: Pax uobis. Sicut
miſit me pater, ita & ego mitto uos. Hæc
quũ dixiſſet, flauit in eos & dicit eis: Accipi
te ſpiritũ ſãctũ. Quorũcũq; remiſeritis pec
cata, remittunt eis: quorũcũq; retinueritis,
retẽta ſunt. Thomas aũt un⁹ ex duodecim,

ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς μετ' αὐτοῦ ὄντε ἦλ-
θεν ὁ ἰησοῦς. ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί,
ἑωράκαμεν τὸν κύριον. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ
ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ
βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων,
καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ
σιζ πιστεύσω. *καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω
θ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ θωμᾶς μετ' αὐτῶν. ἔρχεται ὁ
ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέ-
σον, καὶ εἶπεν. εἰρήνη ὑμῖν. εἶτα λέγει τῷ θωμᾷ,
φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς
μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευ
σιη ράν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. *ἀπε-
ι κρίθη ὁ θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ὁ κύριός μου καὶ ὁ
θεός μου. λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι ἑώρακάς με θω-
μᾶ, πεπίστευκας, μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πι-
στεύσαντες. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίη
σεν ὁ ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἃ οὐκ ἔστι
γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. ταῦτα δὲ γέ-
γραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι ὁ ἰησοῦς ἔστιν ὁ χριστὸς
ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν
σιθ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. *μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν
θ ἑαυτὸν πάλιν ὁ ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς τιβε
ριαδος. ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. ἦσαν ὁμοῦ σίμων πέ
τρος καὶ θωμᾶς, ὁ λεγόμενος δίδυμος, καὶ να-
θαναὴλ ὁ ἀπὸ κανᾶ τῆς γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ ζεβε
δαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. λέγει
αὐτοῖς σίμων πέτρος. ὑπάγω ἁλιεύειν. λέγουσιν
αὐτῷ. ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. ἐξῆλθον καὶ ἀ-
νέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυ-
κτὶ ἐπίασαν οὐδέν. πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἔστη
ὁ ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν, οὐ μέντοι ἤδεισαν οἱ μα-
θηταί, ὅτι ἰησοῦς ἐστιν. λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. παιδία
μή τι προσφάγιον ἔχετε. ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, οὔ.
ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. βάλλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ
πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκ
ἔτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχ-
σκ θύων. *λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ
ι ἰησοῦς, τῷ πέτρῳ. ὁ κύριός ἐστιν. σίμων οὖν πέτρος
ἀκούσας, ὅτι ὁ κύριός ἐστιν, τὸν ἐπενδύτην διεζώ-
σατο, ἦν γὰρ γυμνός, καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θά
λασσαν. οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον.
οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν
σκε διακοσίων, σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων. *ὡς
θ οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν
κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον καὶ ἄρτον. λέ
σκβ γει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν
θ ἐπιάσατε νῦν. *ἀνέβη σίμων πέτρος, καὶ εἵλ-
σκγ κυσε τὸ δίκτυον εἰς τὴν γῆν, μεστὸν ἰχθύων μεγά-
θ λων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν, καὶ τοσούτων ὄν-
σκδ των, οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον. *λέγει αὐτοῖς ὁ ἰη-
ι σοῦς. δεῦτε ἀριστήσατε. *οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μα
θητῶν

qui dicitur Didymus, non erat cū eis quan-
do uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipu
li: Vidimus dominū. Ille autē dixit eis: Nisi
uidero in manibus eius uestigiū clauorū,
& mittam digitum meum in uestigium cla
uorum, & mittā manū meam in latus eius,
non credam. Et post dies octo iterum erant
discipuli eius intus, & Thomas cū eis. Ve-
nit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, &
dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: In-
fer digitū tuum huc, & uide manus meas,
& admoue manū tuam, & immitte in latus
meum, & noli esse incredulus, sed credens.
Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus
meus & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia ui-
disti me Thoma, credidisti: beati qui non ui
derunt & crediderūt. Multa quidem & alia
signa fecit Iesus in conspectu discipulorum
suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.
Hæc aūt scripta sunt, ut credatis, q Iesus est
Christus ille filius dei, & ut credētes uitam
habeatis per nomen eius. Postea manife XXI
stauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis,
Manifestauit aūt sic. Erant simul Simon Pe
trus & Thomas, qui dicit Didymus: & Na
thanael, q erat à Cana Galilææ, & filij Ze-
bedei, alijq ex discipulis eius duo. Dicit eis
Simon Petrus: Vado piscatū. Dicūt ei: Ve-
nimus & nos tecum. Exierūt & ascenderūt
in nauim statim, & illa nocte nihil ceperūt.
Mane aūt iā facto stetit Iesus in littore, non
tamen cognouerūt discipuli, q Iesus esset.
Dicit eis Iesus: Pueri, num quid opsonij ha-
betis: Respōderūt ei: Non. At ille dicit eis:
Mittite in dexterā nauigij partē rete, & in-
uenietis. Miserunt ergo & iā non ualebant
illud trahere præ multitudine piscium. Di-
cit ergo discipulus ille quē diligebat Iesus,
Petro: Dominus est. Simō ergo Petrus quū
audisset quòd dominus esset, tunica succin-
xit se, erat enim nudus, & misit se in mare.
Alij autē discipuli nauigiolo uenerunt: non
enim longe aberant à terra, sed circiter cubi
tis ducentis, trahētes rete piscium. Vt ergo
descenderūt in terram, uiderunt prunas po-
sitas, & piscem superpositū, & panem. Di-
cit eis Iesus: Afferte de piscibus quos pren-
didistis nunc. Ascendit Simon Petrus, &
traxit rete in terram, plenum magnis pisci-
bus centum quinquagintatribus. Et quum
tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Ie-
sus: Venite, prandete. Et nemo discipulo-
rum

θητῶν ἐξετάσαι αὐτόν. σὺ τίς εἶ; εἰδότες, ὅτι ὁ
σκε κύριός ἐστιν. *ἔρχεται οὖν ὁ ἰησοῦς, καὶ λαμβά-
θ νει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς καὶ τὸ ὀψάριον
σκς ὁμοίως. *τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ ἰησοῦς
ι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. ὅτε οὖν
ἠρίστησαν, λέγει τῷ σίμωνι πέτρῳ ὁ ἰησοῦς. σίμων
ἰωάννου, ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; λέγει αὐτῷ.
σκζ ναὶ κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. *βό-
θ σκε τὰ ἀρνία μου. λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον.
σκη *σίμων ἰωάννου, ἀγαπᾷς με; λέγει αὐτῷ. ναί κύ-
ι ριε. σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει αὐτῷ. *ποίμαινε
σκθ τὰ πρόβατά μου. λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον. *σίμων
θ ἰωάννου, φιλεῖς με; ἐλυπήθη ὁ πέτρος, ὅτι εἶπεν
σλ αὐτῷ τὸ τρίτον, φιλεῖς με, καὶ εἶπεν αὐτῷ. κύριε,
ι σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. λέ-
σλα γει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. *βόσκε τὰ πρόβατά μου. *ἀ-
θ μὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σε
σλβ αὐτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες, ὅταν δὲ γη-
ράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώ-
σει, καὶ οἴσει ὅπου σὺ θέλεις. τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων
ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν θεόν. καὶ τοῦτο εἰπὼν,
λέγει αὐτῷ. ἀκολούθει μοι. ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ πέ-
τρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ ἰησοῦς,
ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ
τῷ στήθει αὐτοῦ, καὶ εἶπε. κύριε, τίς ἐστιν ὁ πα
ραδιδούς σε; τοῦτον ἰδὼν ὁ πέτρος, λέγει τῷ ἰη-
σοῦ. κύριε οὗτος δὲ τί; λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς. ἐὰν αὐ
τὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκο-
λούθει μοι. ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀ-
δελφούς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. καὶ
οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ'
ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; οὗ-
τός ἐστιν ὁ μαθητὴς, ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ
γράψας ταῦτα. καὶ οἴδαμεν, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ
μαρτυρία αὐτοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίη
σεν ὁ ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐ
τὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα
βιβλία.

ΤΕΛΟΣ

rum audebat interrogare eum, *dicens:* Tu qs
es? quũ scirẽt ꝙ dominus esset. Venit itaq;
Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem
similiter. Hac iã tertia uice manifestatus est
Iesus discipulis suis quũ resurrexisset à mor
tuis. Quum ergo prandissent, dicit Simoni
Petro Iesus: Simon Ioannes, diligis me plus
q̃ hi? Dicit ei: Etiã domine, tu scis ꝙ amem
te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei rur
sus iterũ: Simõ Ioannis, diligis me? Ait illi:
Etiam domine, tu scis ꝙ amem te. Dicit ei:
Pasce oues meas. Dicit ei tertio: Simõ Ioan
nis, amas me? Indoluit Petrus, ꝙ dixisset si
bi tertio, Amas me: dixitq; ei, Domine, tu
omnia nosti, tu scis ꝙ amem te. Dicit ei Ie
sus: Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi,
quum esses iunior, cingebas te, & ambula
bas quò uolebas: quum aũt senueris, exten
des manus tuas, & alius te cinget, & ducet
quò non uis. Hoc aũt dixit, significans qua
morte glorificaturus esset deum. Et quum
hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Cõuersus
Petrus, uidet illũ discipulũ, quem diligebat
Iesus, sequẽtem, qui & recubuit in cœna su
per pectus eius, & dixit: Domine, qs est ille
qui tradit te? Hunc ergo quum uidisset Pe
trus, dicit Iesu: Domine, hic aũt quid? Dicit
ei Iesus, Si eum uelim manere donec ueniã,
qd ad te? Tu me sequere. Exĳt ergo sermo
inter fratres, ꝙ discipulus ille non moreret.
Et nõ dixerat ei Iesus, Non moritur: sed, Si
eum uelim manere donec ueniam, quid ad
te? Hic est discipulus ille, qui testimonium
perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus ꝙ
uerum est testimoniũ eius. Sunt aũt & alia
multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per
singula, nec ipse, opinor, mundus caperet
eos qui scriberentur libros.

FINIS



ΠΟ ΑΑΜΑΣΚΟΥ Μετὰτὸ, ἐκεῖνοι, οἱ ὁποῖοι ἦσαν μαζί του, ἐπῆραν τὸν Παῦλον, καὶ τὸν ἔβαλαν εἰς τὸ πλοῖον. ἐπῆγε καὶ αὐτὸς μὲ τὰ πόδια εἰς τὴν Ἄσσον, διὰ νὰ ἐπιβιβασθῇ καὶ ἐκεῖνος εἰς τὸ πλοῖον, ἐπειδὴ ἔτσι τὸν εἶχε διατάξει· διότι ἐκεῖνος ἤθελε νὰ ἔλθῃ εἰς τὴν ξηρὰν πεζός. καὶ ὅταν ἐσυναντήθη μὲ ἡμᾶς εἰς τὴν Ἄσσον, τὸν ἐπήραμεν καὶ ἐπήγαμεν εἰς τὴν Μιτυλήνην. καὶ ἀπὸ ἐκεῖ ἀποπλεύσαντες τὴν ἐπιοῦσαν ἐφθάσαμεν ἀπέναντι εἰς τὴν Χίον· καὶ τὴν ἄλλην ἡμέραν ἐπεράσαμεν εἰς τὴν Σάμον, καὶ τὴν ἄλλην ἐπήγαμεν εἰς τὴν Μίλητον. διότι ἀπεφάσισεν ὁ Παῦλος νὰ προσπεράσῃ τὴν Ἔφεσον, διὰ νὰ μὴ χάσῃ καιρὸν εἰς τὴν Ἀσίαν· διότι ἔσπευδε, ἐὰν ἦτον δυνατόν, νὰ εὑρίσκεται εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς. καὶ ἀπὸ τὴν Μίλητον ἔστειλε νὰ φωνάξουν εἰς τὴν Ἔφεσον τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. καὶ ὅταν ἦλθον πρὸς αὐτόν, τοὺς εἶπε· Σεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ τὴν πρώτην ἡμέραν ποὺ ἐπάτησα τὸν πόδα μου εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς ἤμουν μαζί σας ὅλον τὸν καιρόν, δουλεύων εἰς τὸν Κύριον μὲ κάθε ταπεινοφροσύνην, καὶ μὲ δάκρυα, καὶ μὲ πειρασμοὺς ποὺ μοῦ ἔτυχαν ἀπὸ τὰς ἐνέδρας τῶν Ἰουδαίων· καὶ πῶς δὲν ἐκράτησα τίποτε ἀπὸ τὰ συμφέροντα, ἀλλὰ σᾶς ἐδίδαξα καὶ δημοσίᾳ καὶ κατ' οἶκον· καὶ ἐμαρτύρησα καὶ Ἕλλησι καὶ Ἰουδαίοις τὴν μετάνοιαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὴν πίστιν τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· καὶ τώρα ἰδοὺ ἐγὼ ὑπάγω δεμένος εἰς τὸ πνεῦμα εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, χωρὶς νὰ ἠξεύρω τὰ πράγματα ποὺ θὰ μοῦ συμβοῦν ἐκεῖ· μόνον ὅτι τὸ Πανάγιον Πνεῦμα διαμαρτύρεται εἰς κάθε πόλιν καὶ μοῦ λέγει, ὅτι δεσμὰ καὶ θλίψεις μὲ περιμένουν. ἀλλὰ δὲν κάμνω καθόλου λόγον διὰ τὴν ψυχήν μου, οὔτε εἶναι πολύτιμος εἰς τὸν ἑαυτόν μου, ἐὰν μόνον τελειώσω μὲ χαρὰν τὸν δρόμον μου καὶ τὴν διακονίαν, τὴν ὁποίαν ἔλαβα ἀπὸ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, νὰ μαρτυρήσω τὸ Εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. καὶ τώρα ἰδοὺ ἐγὼ γνωρίζω ὅτι ὅλοι σεῖς, ἀνάμεσα εἰς τοὺς ὁποίους ἐπέρασα κηρύττων τὴν Βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, δὲν θέλετε ἰδῆ πλέον τὸ πρόσωπόν μου. διὰ τοῦτο σᾶς μαρτυρῶ σήμερον τὴν ἡμέραν ταύτην, ὅτι εἶμαι καθαρὸς ἀπὸ τὸ αἷμα ὅλων· διότι δὲν ἐκρύβην ἀπὸ τὸ νὰ σᾶς ἀναγγείλω ὅλην τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. προσέχετε λοιπὸν εἰς τὸν ἑαυτόν σας καὶ εἰς ὅλον τὸ ποίμνιον, εἰς τὸ ὁποῖον τὸ Πανάγιον Πνεῦμα σᾶς ἔβαλε ἐπισκόπους, διὰ νὰ ποιμαίνετε τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ὁποίαν ἐκτήσατο μὲ τὸ ἴδιον του αἷμα. διότι ἐγὼ ἠξεύρω τοῦτο, ὅτι μετὰ τὸν θάνατόν μου θέλουν μπῆ εἰς σᾶς λύκοι βαρεῖς, οἱ ὁποῖοι δὲν θέλουν φείσεσθαι τοῦ ποιμνίου· καὶ ἀπὸ σᾶς τοὺς ἰδίους θέλουν σηκωθῆ ἄνθρωποι λαλοῦντες διεστραμμένα, διὰ νὰ σύρουν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω των. διὰ τοῦτο ἀγρυπνεῖτε, καὶ ἐνθυμεῖσθε ὅτι ἐγὼ τρία ὁλόκληρα ἔτη δὲν ἔπαυσα νυκτὸς καὶ ἡμέρας νὰ νουθετῶ μὲ δάκρυα κανένα ἀπὸ σᾶς. καὶ τώρα σᾶς παραδίδω εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς τὸν λόγον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ὁ ὁποῖος ἠμπορεῖ νὰ οἰκοδομήσῃ καὶ νὰ δώσῃ τὴν κληρονομίαν εἰς ὅλους τοὺς ἁγιασμένους. ἀργύριον καὶ χρυσὸν καὶ ἔνδυμα κανενὸς δὲν ἐπεθύμησα· καθὼς σεῖς ἐπίστασθε, ὅτι αἱ χρεῖαι μου καὶ τῶν μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. εἰς ὅλα σᾶς ἔδειξα, ὅτι κοπιάζοντες οὕτω πρέπει νὰ βοηθῶμεν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ νὰ ἐνθυμώμεθα τοὺς λόγους τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι μᾶλλον τὸ διδόναι παρὰ τὸ λαμβάνειν. καὶ ὅταν εἶπε ταῦτα, ἔβαλε τὰ γόνατα καὶ προσηύχετο μὲ ὅλους ἐκείνους. καὶ ἔκλαυσεν ὅλος ὁ κόσμος πολύ· καὶ ἔπεσαν ἐπάνω εἰς τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου καὶ τὸν ἐφίλουν, διὰ τὸν λόγον ὁποὺ εἶπε, ὅτι δὲν θέλουν ἰδῆ πλέον τὸ πρόσωπόν του· καὶ τὸν ἐσυνόδευσαν εἰς τὸ πλοῖον.

καὶ ἀρίσαρχος ἦλθον. εὐσέβιος δὲ οὗτος μετέπειτα χρόνους ἀκριβῶς περιεργασάμενος, ἱστόρησεν ἡμῖν καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τούτου καὶ τὸ μαρτύριον. καὶ φησὶν τὸν παῦλον ἄνεσιν διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι, ὑπὸ σημηνάμενος. τότε μὲν οὖν ὑπὸ νέρωνος ἀπολογησάμενον τὸν παῦλον, αὖθις ὑπὸ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι ὑπὸ καίσαρος ἀπολυθέντα, καὶ εὐαγγελίσασθαι ἐφ' ἑτέροις δέκα ἔτεσιν. εἰς ἄκρον δὲ μανίας ὁ νέρων ἀφικόμενος, ἀνεῖλε μὲν ἀγριππίναν πρῶτα τὴν ἰδίαν μητέρα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρός, καὶ ὀκταυίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἄλλους μυρίους τῷ γένει προσήκοντας. μετέπειτα δὲ καθολικὸν ἐκίνησε διωγμὸν κατὰ τῶν χριστιανῶν, καὶ οὕτως ὑπὸ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. μεταστειλάμενος γὰρ τὸν παῦλον αὖθις, τῷ βήματι παρίστᾳ. συνῆλθε δὲ πάλιν ὁ λοῦκας αὐτῷ. ἔνθα δὴ συνέβη τὸν παῦλον τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τρισκαιδεκάτῳ δὲ νέρωνος μαρτυρῆσαι, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. ἔστι τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους τιβερίου καίσαρος ἐξ οὗ κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον ἤρξατο, ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου ἔτη τέσσαρα, καὶ τὰ γαΐου δὲ ὡσαύτως ἔτη τέσσαρα. αὖθις δὲ καὶ τὰ κλαυδίου ἔτη μικρὸν ἐλαττῶ τεσσάρων καὶ δέκα. ὃν διαδεξάμενος νέρων τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς, τὸν ἀπόστολον ἀνεῖλε. γράφει οὖν ὁ αὐτὸς ἀπόστολος παῦλος τιμοθέῳ, περὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀπολογίας, φάσκων τάδε. ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ, οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη, ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη. καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, οὗτον λέγων εἶναι τὸν νέρωνα. περὶ δὲ τῆς δευτέρας ἐν ᾗ καὶ τελειοῦται τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, φησί. τὴν καλὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε. καὶ ὅτι λουκᾶς ἦν πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα τῆς ὑπὸ στολῆς, ἀσπάζεταί σε γράφει, λουκᾶς ὁ σὺν ἐμοί. ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος τοῦ κηρύγματος παύλου, εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος. καὶ δύο ἕτερα ἔτη, ἃ διετέλεσεν ὑπὸ τῷ κατὰ καισάρειαν δεσμωτηρίῳ. πρὸς δὲ τούτοις πάλιν τὰ ἐν ῥώμῃ πρότερα δύο ἔτη, καὶ τὰ τελευταῖα δὲ ἔτη δέκα, ὥς τε εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς γενήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς τελειώσεως, τριάκοντα καὶ πέντε.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

Ἐπὶ νέρωνος τοῦ καίσαρος ῥωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι παῦλος ὁ ἀπόστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν ῥώμῃ, πέμπτῃ ἡμέρᾳ πανέμου μηνός, ἥ τις λέγοιτ' ἂν παρὰ ῥωμαίοις τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν ἰουλίων. καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ καὶ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ παρουσίας.

PEREGRINATIO APOSTOLORVM
PETRI ET PAVLI, CVM RATIONE TEMPORVM, PER DES. ERASMVM ROTEROD.

EX ACTIS APOSTOLICIS non liquet Petrum frequenter commutasse locum, nisi quòd post mortem Stephani, profectus est unà cum collega Ioanne, in Samariam ciuitatẽ, cui post uersum nomen Sebaste, unde & tota regio Samaria dicta est: ut comprobaret autoritate sua perficeretq; quod illic per Philippum diaconum cœptum erat. Deinde uidetur peragrasse Samariæ partes. Sic enim legimus capite octauo. Et multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. Est autem Samaria, media inter Iudæam & Galilæam. Porrò nonum caput testatur illum peragrasse uarias Palæstinæ regiones, antequàm ueniret Lyddam & Ioppen. Sic enim habet: Factum est autẽ, ut Petrus dum transiret uniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Est enim Lydda in Palæstina non procul à Ioppe ciuitate littorali. Rursus à Ioppe profectus legitur ad Cæsaream, Palæstinæ maritimam, quæ prius dicta fuerat Turris Stratonis. Hic baptizauit Cornelium cẽturionem. Hinc reuersus est Hierosolymam. Cæterum quando profectus sit Antiochiam, ubi præsedisse creditur, aut quando se Romam transtulerit, quasq; regiones peragrarit: quoniam humanis duntaxat historijs proditum est, non laborabo persequi. Nam Eusebius, qui putat illum prædicasse euangelium apud Ponticos, Galatas, Cappadoces, Asiaticos, Bithynos, non aliunde sumpsit coniecturam, nisi quòd harum gentium meminit in priore epistola. Conueniebat autem ut apostolorum præcipuus, annos complures sederet in ea ciuitate, unde dominus Iesus uoluerat euangelicam doctrinam, primum in omnes Iudęæ regiones, mox in uniuersum orbem propagari. Iam quod tradit Historia, quam uocant Ecclesiasticã, primariam rerum curam à Christo traditam Petro, Iacobo & Ioanni: id inde colligũt, quòd horum aliquoties nominatim fit mentio, quum de cæteris nihil narretur quid dixerint aut fecerint, nisi quòd adstabant Petro dicenti, tanquam testes. Erant autem Iacobi duo, unus Zebedæi filius, frater Ioannis: hunc interfecit Herodes: atque hoc ipsum arguit eum fuisse inter apostolos præcipuum. Alter, Alphæi filius. Crebra mentio fit in Actis tertij Iacobi qui dictus est frater domini, cognomento Iustus, filius (ut opinatur Hieronymus) Mariæ, quæ fuerit soror matris domini. Huic Iacobo tribuunt epistolam, quæ legitur inter catholicas. Qui quum non esset de numero duodecim apostolorum, tamen hunc statim à morte Christi, apostoli designarunt episcopum Hierosolymitanum: qui postea quàm Paulus appellasset Cæsarem, è templi fastigio præcipitatus est, atque inter lapidandum fullonis fuste percussus, interijt. Hunc Hieronymus quum aliàs tum enarrans Esaiæ caput decimumseptimum, negat fuisse de numero apostolorum duodecim. Et tamen quanta fuerit huius autoritas uel illud declarat, quòd quum in concilio tractaretur de gentibus non onerandis lege Mosaica, post Petrum cum autoritate pronunciat sententiam, ἐγὼ κρίνω, inquiens. Hic idem post, Paulo fuit autor, ut adiũgeret sibi quatuor, qui uoto se adstrinxerant, cumq; his ritu Iudaico purificaretur in templo: cuius consilio Paulus obtemperauit. Quin etiam urbem ingressus, hunc primum salutauit, tanquam illic primas tenentem. Et in epistola ad Galatas, hunc ceu præcipuum nominat. Aliorum, inquit, apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Cæterum Petrum Antiochiæ fuisse declarat in eadem epistola, narrans quemadmodum illum reprehenderit ob simulationem. Iam Dionysius apud Eusebium Corinthiorũ episcopus, scriptor peruetustus, literis prodidit, Petrum & Paulum Romæ iussu Neronis eodem die martyrij palmã promeruisse. Cæterũ Petrum inter præcipuos etiam primatẽ fuisse declarat: quod apud Euangelistas omnes, atq; etiam in Actis, in catalogo duodecim semper primo loco recensẽt. Deinde quod initio fere primus fuit ad dicendũ. Nam & ante missum spiritũ sanctũ, congregatis in cœnaculo discipulis, proponit de subro-

gando

gando quopiam in locum Iudæ. Rursus ubi tumultus esset in populo ob linguarum mira/culum, Petrus solus auspicatur contionem euangelicam. Primus omnium miraculum edit in nomine Iesu, pro templi foribus sanato claudo. Ac mox hac de causa concursu facto in porticu Solomonis, Petrus contionatur apud populum. Vbi uidetur & Ioannes Petri co/mes aliquid dixisse, quod non refertur. Sic enim ait Lucas, Loquentibus autem illis ad po/pulum: nisi placet accipere utrumque dixisse, quod Petrus utriusque nomine dixit. Similis enim locus mox sequitur in eodem capite tertio: Petrus uero & Ioannes respõdentes dixe/runt ad eos. Rursus capite quarto: Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt. Quod Petrus omnium uoce loqueretur. Rursum quum ageret de creandis diaconis, Petrus uer/ba facit solus. Solus pronunciauit sentẽtiam in Ananiam. Quin & illud arguit Petri digni/tatem inter apostolos, quòd primus ductus est in carcerem, ac uirgis cæsus. quanquam ex narratione Lucæ uidentur omnes apostoli simul cum Petro, iam iterum coniecto in carce/rem, uirgis cæsi. Nunc de Paulo dicamus, qui ueluti strenuus dux per omnes terras ma/riaq; uolitauit, ut omnes gentes redigeret sub iugum Christi. Primum Hierosolymis profe ctus est Damascum. Ea est ciuitas Cœles Syriæ, siue Syrophœnices, quæ quondam Ara/biæ deputabatur, ut autor est Tertullianus aduersus Marcionem libro tertio: totius Syriæ caput, inter Libanum & Antilibanum sita. Hic baptizatus est Paulus, & euangelij prædi/cationem auspicatus. Verum hinc clàm profugiens utrum abierit in Arabiam, & inde re/uersus sit Damascum, ac post annos tres demum redierit Hierosolymã, ut uideret Petrum, quemadmodum ipse refert in epistola ad Galatas. An statim se receperit Hierosolymam, non satis liquet ex Actis: imò ne hoc quidem, utrum in prima prædicatione periclitatus sit ob insidias præfecti, an secunda. Ex narratione Lucæ uidetur statim ut fugisset Damasco, se recepisse Hierosolymam: quoniam qui paulo ante profectus fuerat hostili animo in di/scipulos, noluerunt in consortiũ suum recipere. Quod si tot annis prædicasset, fieri uix po/tuisset, quin rumore cognouissent eum fuisse mutatũ. Rursus Hierosolymis profugus, de/ductus est Cæsaream Philippi, quam Ptolemæus Paneæ uocat, Eusebius Paneadem: ea est Phœnices ad radicem Libani montis, ubi sunt fontes Iordanis. A Cæsarea dimissus est Tar sum. Ea metropolis est Ciliciæ, Pauli patria, quam interfluit amnis Cydnus. A Tarso per Barnabam reductus est Antiochiam, Phœnices metropolim, unde & regioni nomen quæ proxima est Ciliciæ. Ea est supra fluuium Orontem. Hinc profectus est denuo Hierosoly/mam, ut exhiberet collectam pecuniã in subsidium pauperum. Quo facto reuersus est An/tiochiam, unde uenerat. Hic donatus apostolico nomine, profectus est Seleuciam. Ea est in promontorio Antiochiæ Syriæ, obuia uolenti ab Antiochię ciuitate proficisci in Cyprum. E Seleucia soluit in Cyprum, insulam oppositam Ciliciæ, quæ est Asiæ minoris. Appulit autem Salaminem, quæ ciuitas Cypri prima occurrit ad orientem, & peruenit Paphum, quæ est extrema ad occidentem, ut intelligamus totam eam insulam peragratam. Vbi qui/dam putant illi pro Saulo, commutatum Pauli nomen à Sergio Paulo eius insulæ procon/sule: quum magis conueniat, ut parentes ac patroni liberis ac libertis sua impartiant nomi/na, quàm ut ab illis mutuentur. A Papho soluens, appulit Pergen. Ea ciuitas est Pamphy/liæ. Hinc Antiochiam Pisidiæ. Hinc Iconium: mox Lystra, quæ est ciuitas Lycaoniæ. Hic autem tum lapidatus est Paulus. A Lystris profectus est Derben, quæ & ipsa Lycaoniæ est. Hinc remensus iter quo uenerat, reuersus est Lystra, Iconium & Antiochiam Pisidiæ, quo quod cœptum erat, confirmaret. Atque item peragrata reliqua Pisidia, redierunt in Pamphyliam, usque ad Pergen, ad quam primum appulerant è Cypro. Hinc Attaliam. Ea ciuitas est maritima Pamphyliæ, ex qua scribæ fecerant Italiam. Attalia soluentes, nauiga/runt Antiochiam Syriæ, unde primum hoc iter fuerat auspicatus. Hinc rursus Hierosoly/mam itum est, ut cæteris apostolis probaret, quæ gesserat in Asia minore: sed interim præ/dicans euangelium in Phœnice & Samaria, per quas erat iter. Eo peracto reuersus est An/tiochiam, unde uenerat. Hic seiunctus à Barnaba, peragrauit Syriam, ac mox Ciliciam. In/de iterum reuisit Derben, ac Lystra, ubi circuncidit Timotheum. A Lystris fecit iter per Phrygiam & Galatiam. Hinc uentum est in Mysiam, mox Troadem. Atque hic non/nullus scrupulus occurrit. Etenim si sentit de Phrygia, in qua est Troas, à Lycaonia

prior

prior occurrit Galatia,quàm Phrygia.Et tamẽ Lucas capite decimosexto sic refert;Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem,uetiti sunt à spiritu sancto loqui uerbum in Asia.Nec incertum uideri potest,an Asia hic accipiatur pro illa minoris Asiæ parte,quæ simpliciter Asia dicitur:an de tota Asia minore,in qua iam multis locis prædicauerat.Siquidem Galatia sita ad septentrionem,hoc est ad Pontum Euxinum,ad orientem habet Cappadociam,ad occidentem Bithyniam,ad austrum Pisidiam & Lycaoniam. Porrò Mysia maior proxima est Asiæ,sic proprie dictæ.Mysia minor est supra Phrygiam.Potest igitur sic explicari scrupulus,ut in his duobus uocabulis Phrygiam & Galatiam sit ordo præposterus,quem ordinem rectum comperies in eiusdem itineris descriptione capite decimo octauo,& intelligamus illum è Lycaonia rectà peruenisse in Galatiam,hinc in Phrygiam, ex Phrygia uoluisse per Mysiam petere Bithyniam,ni uetuisset spiritus.Adhæret autem hæc Asiæ pars Phrygiæ ad orientem & austrum.Itaq; Paulum uetitum huc ire,flexisse iter ad Mysiam,ni fallor,per quam iter est in Bithyniam,quæ quondam Bebrycia dicta est & Mygdonia:proxime habens ad septentrionem & exortum eam Asiæ partem,quæ proprie Pontus dicitur.Rursus quum huc ire uetaret spiritus, reflexisse iter ad occidentem,ac peragrata Mysia minore rediisse per mediam Phrygiam usque ad Troadem,quæ est in littore Phrygiæ,eadem & Antigonia dicta,opposita Chersoneso, unde proximus traiectus est in Europam ex Asia minore.A Troade soluerunt,ac recto cursu peruenerunt in insulam Samothracen,oppositam Thracię,quam habet ad septentrionem.Hinc Neapolim.Ea ciuitas est in littore,in cõfinio Macedoniæ ac Thraciæ.hinc Philippos,quam Lucas admonet esse ciuitatem coloniam in prima parte Macedoniæ.Ad hos scribit unam epistolam Paulus. Hic uirgis cæsus est,& in carcerẽ coniectus cum Sila.Post hæc per Amphipolim,quæ non longe abest à Strymone flumine:& Apolloniam,quæ Thessalonicæ proxima est,uenere Thessalonicam.Ea ciuitas metropolis est Macedoniæ.Et ad hos Paulus scribit epistolam. Et hic orto tumultu clàm dimissus est Berrhœam,quam à Thessalonica dirimit Pella,patria Alexandri Magni.Hic reperit dociles auditores. Porrò Berrhœa,non ita procul abest à mari.Itaq; tumultu concitato deductus est ad mare,inde Athenas peruentum nauigio,ni fallor,propterea quòd Lucas meminit illum dimissum,ut iret ad mare.Est & alia coniectura,quòd quum iter à Berrhœa sit longum usq; ad Atticam,nulla fit mentio regionum aut ciuitatum,quæ pedibus iter facientibus occurrissent.Hic conuertit Dionysium:qui an iudex fuerit an philosophus,non satis liquet,quum Lucas tãtum illum uocet Areopagitam. Opinor autem omnes Areopagitas dictos,qui partem eam urbis Athenarũ inhabitabant. Demiror autem cur Beda faciat hunc Corinthiorum episcopum,quum apud Eusebium Dionysius quidam Corinthiorum episcopus,doceat,Dionysium Areopagitam Athenis episcopum ab ipso Paulo ordinatum.Quin probabilius est Dionysium Areopagitã nihil omnino scriptorum reliquisse,quum apud Eusebium tam diligenter recensẽatur libri Dionysij Corinthiorum episcopi,de Areopagitæ monumentis nulla usquam fiat mentio. Ab Attica uenit Corinthum.Ea est metropolis Achaiæ.Hinc cõstituerat nauigare in Syriam, & suscepto uoto in Cenchreis,is est portus Corinthiacus ad Atticam spectans,totõdit sibi caput.Hinc igitur soluens peruenit Ephesum.Ea est in littore Asiæ minoris,in parte quæ dicitur Ionia. Hic tum temporis reliquit Priscillam & Aquilam.Ab Epheso soluens uenit Cæsaream,deinde Antiochiam.Beda,non dubito quin ueterem quempiam sequutus,uult hanc Cæsaream esse Cappadociæ non Syriæ:& Græci uolunt hanc Antiochiam esse Pisidiæ,cuius supra bis meminit.Quanquam Epheso profectis prior occurrit Pisidia, quam Cappadocia.Cæterum Græci codices hoc loco plus habent quàm nostri.Nimirum hunc in modum: Rogantibus autem eis,ut ampliori tempore maneret apud se,non annuit,sed uale dixit illis,dicens: Oportet me omnino festum quod instat,agere Hierosolymis.Quibus probatur hæc lectio,malunt Paulum ab Ephesio littore rectà nauigasse Cæsaream Palæstinæ,inde petijsse Hierosolymam,& salutasse fratres,post hæc redijsse Antiochiam Syriæ,atq; hinc rursus repetisse Asiam minorem.Facit ad hanc opinionem,quod ita legitur: Descendens Cæsaream,ascendit & salutauit ecclesiam.Ostendit quò descenderit,non indicat quò ascenderit.Atqui in euangelicis literis,qui petunt Hierosolymas,ascendere dicun-

tur

tur,unde coniectant illum è Cæsarea Palæstina ascendisse Hierosolymã,ubi dixerat agendum festum diem,atque hinc rursus descenderit petens Antiochiam. Hanc opinionem,ut probabilem,nos in hac paraphrasi sumus sequuti:cessuri facile,si quis adduxerit probabiliorem. Legitur & Antiochiæ commoratus aliquandiu. At in Antiochia Syriæ solitus est libenter commorari Paulus. Hinc igitur repetita Asia, peragratis in medio regionibus,in quibus ante docuerat,uenit in Galatiam:hinc rursus in Phrygiam:ubiq; confirmans discipulos. Inde,quum iam Apollos profectus esset Corinthum,ipse profectus est Ephesum:terrestri ne itinere,an nauigatione, parum liquet:nisi quod probabilius est,illum terra feciss iter:eo quòd Lucas adijcit,Peragratis superioribus partibus. Hic Paulus proposuerat repetere Hierosolymam,sed prius peragrata Macedonia & Achaia:per spiritum intelligẽs sibi Romam esse eundum,post aditam Hierosolymam. Itaq; prẽmisit Timotheum & Erastum in Macedoniam,ipse commoratus aliquandiu in Asia minore. Post tumultum per Demetrium excitatum,sequutus est eos quos præmiserat. Peragratis autem superioribus partibus,deuenit in eam partem,quæ proprie dicitur Græcia,in qua est Attica & Achaia. Hic Lucas non nominat Athenas aut Corinthum,sed ex re conijcitur, quòd quemadmodum fecerat,ex Attica uenerit in Achaiam,in qua est Corinthus:ac rursus è Cenchreis parauerit soluere in Syriam:sed quoniam senserat illic paratas insidias nauigaturo,uertit consiliũ, ac remensus iter quà uenerat,repetijt Macedoniam:terrestri(ut apparet)itinere, quoniam nauigaturo parabantur insidiæ. Quum uersaretur itaq; in Macedonia,comitum partem, quos tum multos habebat ex Macedonia,præmisit Troadem,quæ est in Phrygia. Paulus sequutus,diem paschæ egisse uidetur Philippis,quod Lucas ita scribat:Nauigauimus post diem azymorum à Philippis. A Philippis itaq; soluit Troadem,quò præcesserant comites, ut diximus. Hic adulescentem ex ruina mortuum,restituit. A Troade peruenit Asson itinere pedestri,quò iussu Pauli comites nauigio præcesserant. Est autem Assos ciuitas littoralis,non longe infra Troadem,eadem dicta Apollonia. Asso soluentes appulerunt Mitylenen. Ea est ciuitas Lesbi insulæ,obuia ab Asso nauigantibus Chium. A Mitylene legentes littora Asiæ,eò peruenerunt,ut Chium insulam haberent ad dextram. Chius autem opposita est Clazomenæ in littore Asiæ,media inter Lesbum & Samum,quò(nempe Samum) post adnauigarunt. Samus autem opposita est Trogyllio promontorio Asiæ. A Samo soluentes appulerunt Trogyllium,ut est in Græcis codicibus:quanquam Græcus qui scripsit peregrinationem Pauli,non meminit Trogyllij. A Trogyllio itum est Miletum. Ea est ciuitas Cariæ littoralis. A Chio commode poterant appellere Ephesum,sed data opera prætermauigatum est,ne diutius hæreret in Asia. Quum enim Philippis egissent diem paschæ,decreuerant pentecosten agere Hierosolymis. Itaq; postea quàm euocatis Epheso Miletum senioribus,mandasset quæ uolebat,illinc soluentes,recto cursu peruenerunt Coum. Ea est insula inter Samum & Gnidum,ciuitatẽ in promõtorio Asiæ. A Coo uentum est ad Rhodum. Ea est insula opposita Lyciæ. Iam autem nauigantes incipiunt Asiam habere ad septentrionem,quum prius habuerint ad orientem. A Rhodo uenerunt Patara. Ea ciuitas est littoralis Lyciæ prouinciæ. Hic nacti nauim,quæ rectà peteret Phœnicen Syriæ,recto cursu cœperunt eò tendere. nam relicta ad læuam Cypro insula,appulerunt Tyrum. Ea est in littore Phœnices infra Sidonem. A Tyro uentum est Ptolemaidem. Et hæc est littoralis inter Tyrum & montem Carmelum. Hinc appulerunt Cæsaream Palæstinæ,ubi diuersatus est apud Philippum. Hinc iam pedestri itinere peruenit Hierosolymam,unde iussu tribuni Lysiæ,uinctus deductus est Antipatridem,quæ media occurrit inter Hierosolymã & Cæsaream. Hinc per equites ductus est Cæsaream Palæstinæ,unde iussu Festi præsidis,qui Felici successerat,uinctus deductus est Romam,hoc quidem itinere:Primum impositus naui,à Cæsarea peruenit Sidonem,quæ(ut diximus)est supra Tyrum. Hinc appulerunt Cyprum,sic ut illam ad læuam relinquerent dispendioso cursu,sed huc adigebant uenti contrarij. Ita præterlegentes littora Ciliciæ & Pamphyliæ,peruenerãt Myra,quam scribæ uerterant in Lystram. Ea est in Lycia,non procul à littore. Hinc ægre longaq; nauigatione eò progressi sunt,ut Gnidum promõtorium haberent ad dextram. Sed reflante uento cursum flexerunt ad Cretam,quæ illis tum erat ad læuam. Venerunt autem ad portum,cui nomen

Salmon.Opinor autem Lucam uſum uoce,qua tum forte uulgus utebatur.Nam arbitror hanc eſſe,quam Plinius & Strabo uocant Sammonium.Hoc Cretæ promõtorium ſpectat orientem.Hinc ob uentos aduerſos ægre præterlegebant littora Cretæ,ſic ut inſulam habe rent ad dextram,donec uentum eſſet ad locum Cretæ,Laſææ ciuitati uicinum,qui dicitur Boni ſeu Pulchri portus,quod nomen apud ueteres geographos non inuenitur. Apparet eius temporis fuiſſe uocabulũ.Cæterum fuiſſe ad latus auſtrale Cretæ,declarat,quòd hinc conabantur tendere ad Phœnicem,id eſt promontorium Cretæ, ſpectans ad Africum & Chorum.Africus autem flat ab occaſu brumali,Chorus ab occaſu ſolſtitiali.Illic quoniam uidebatur portus commodus,decreuerant hybernare.Interea quum aſpiraſſet auſter uen/ tus ſat cõmodus,qui flat à medio meridie,ſoluentes ab Aſo(ea ciuitas eſt in littore Cretæ) præterlegebant oram Cretæ,ut appellerent Phœnicen modo dictam.Sed ſubito in diuer/ ſum mutato uento,quum pro auſtro flare cœpiſſet Typhonicus,uehemens ac nautis for/ midabilis,idem dictus Euroaquilo,qui ſpirat inter ſeptentrionem & ortum,ui tempeſtatis delati ſunt in inſulam,quæ uocatur Claude,quæ Cretam ſpectat inter occidentẽ & auſtrũ, quam in partẽ maxime poterat impellere euroaquilo,ex aduerſa cœli plaga ſpirans:unde grauius etiam metuebant periculum,ne in ſyrtes impellerentur:tandem deſperatis rebus, impegerunt nauim in inſulam,quæ dicebatur Melite.Ea eſt inter Epirum & Italiam,ſpe/ ctans Siciliam ad ſeptentrionem.Hic uiperam excuſsit abſq; noxa.Illic aliam nauim nacti, nam altera perierat,appulerunt Syracuſas,quæ eſt in Sicilia,non procul à promontorio Pa chyno.Huius littora præterlegentes deuenerunt Rhegium,id eſt oppidũ in extremo agro Brutiorũ,qua parte Italia proxima eſt Siciliæ.A Rhegio recto curſu delati ſunt Puteolos, id eſt promontorium in Campania,non procul à Neapoli.Hinc terreſtri itinere peruentum eſt uſq; ad forum Appij,ad locum qui dicitur Tres tabernæ,atq; hic occurſum eſt Paulo à diſcipulis è Roma.Abeſt autem Appij forum ab urbe iter diei.Hinc demum Romam per/ uentum eſt. Conſtat igitur ex Actis illum peragraſſe totam minorẽ Aſiam,deinde tranſ/ iſſe in Europam,ac totam Græciam peragraſſe,à parte ſeptentrionali,in qua eſt Macedo/ nia,uſq; ad Illyridem.Nam Illyris extrema pars eſt Macedoniæ,ad ſeptentrionem & occi/ dentem.Id ipſe refert in epiſtola ad Romanos capite decimoquinto,ita ut ab Hieruſalem per circuitum uſq; ad Illyricum repleuerim euãgelium. Cæterum nuſquam legimus illum prædicaſſe in Creta,ad quam appulit tempeſtate coactus & uinctus. Nec illic morã egiſſe legitur,quum ipſe cenſeret illic hybernãdum eſſe:& tamen in Creta reliquit Titum,ut ſin/ gulis ciuitatibus ordinaret presbyteros,ac quod illic ſupereſſet corrigendũ,corrigeret:quẽ/ admodum ipſe teſtatur in epiſtola,quibus ex uerbis apparet illum & in Creta prædicaſſe. Nec in Arabia quid à Paulo geſtum ſit,refert Lucas . Atque hactenus de locis peragratis. Nunc de temporum quoq; ratione paucis attingamus. Summa rerum quas Actorum li/ ber cõplectitur,ſub quatuor imperatoribus Romanis geſta eſt.Tiberio,qui ſucceſsit Octa/ uio:Caio Caligula:Claudio Druſo:Claudio Nerone.Quorum Tiberius rerũ potitus eſt annos uigintitres.Caligula,quatuor,exceptis duobus mẽſibus.Claudius,tredecim,ac men ſibus fermè decem. Nero,quatuordecim,ac menſibus propemodũ octo.Quicquid igitur geſtum eſt à morte Chriſti uſq; ad Paulum Romã perductum,continet Tiberij annos ſex, Caligulæ quatuor,Claudij quatuordecim.In huius imperij initio Petrus Romã peruenisſe creditur,& eiuſdem anno quarto orta fames,cuius meminit Lucas.Rurſus eiuſdem anno nono,quemadmodum autor eſt Ioſephus & Euſebius,Roma expulſi ſunt Iudæi,cuius rei meminit Lucas capite decimooctauo:Neronis autem annos quatuor.Interim præſides Iu/ dææ fuerunt, Pontius Pilatus,qui perijt anno Caligulæ tertio.Huic ſucceſsit Felix,apud quem Paulus cauſam dixit:quem Claudius imperij ſui anno undecimo,totius prouinciæ dederat procuratorẽ,Samariæ quoq; & Galilææ,atq; etiam regionis quæ dicitur ultra Ior/ danem.Et hoc nomine ſe felicem prædicat Paulus,quòd cauſam dicturus eſſet apud eum, cui diu uerſato in ea prouincia,notæ eſſent res Iudaicæ.Huic ſucceſſorem dedit Nero Por/ tium Feſtum.Apud quem quum præſente Agrippa cauſam dixiſſet Paulus,quoniam ap/ pellarat Cæſarem,uinctus Romam miſſus eſt,anno Neronis tertio aut ſecundo. Porrò Iu/ dæorum principes hi fuere:Herodes rex,Philippus,& Lyſanias:præfuerunt annis ſex.He/

rodes

rodes rex qui Cæsareæ percussus ab angelo periit, præfuit annos septem. Agrippa huius filius, ex cuius cõsilio Paulus Romam missus est, annos duodecim, quod ad Actorum historiam pertinet. Quanquam pater quoq; cognomento dictus est Agrippa, sed filius simpliciter Agrippa uocatur in Actis. Dominus itaq; Iesus occisus est, reuixit & ascendit in cœlum, misitq; spiritum sanctum anno Tiberij decimooctauo. Ac proximo anno, aut (ut quidam uolunt) eodẽ, mox ut inter diaconos ordinatus est, lapidatus est Stephanus, Paulo assentiente, ac seruante uestes lapidantium testium. Qui paulo post deiicitur & conuertitur apud Damascum, anno Tiberij decimonono. Peragrauit autẽ uarias regiones ubiq; disseminans euãgelium, usq; ad annum Claudij decimumtertium. Nam hoc anno Paulus Hierosolymis coniectus est in uincula per Lysiam tribunum, à quo Cæsaream uinctus est missus, ut apud Felicem audiretur, ubi detẽtus est in uinculis annos duos: atq; à Felice ut erat uinctus, traditus est Portio Festo, à quo Romam missus est: ubi totum biẽnium egit in uinculis, hoc est, usq; ad annum Neronis quintũ. Nec ultra Lucas prosequitur historiam. Cætera scriptores non indiligentes ex uarijs coniecturis uidentur addidisse, uidelicet Paulum primum apud Neronem dicta causa fuisse absolutum, ac libere ubi uellet euangelium prædicasse annos decem. Tandẽ ubi Neronis sæuitia iam processisset in rabiem reuocatus est ad eius tribunal, & capite truncatus. Huius rei coniecturã sumunt ex epistola Pauli ad Timotheum secunda. In qua meminit primæ defensionis suæ, in qua desertus sit ab omnibus, & tamen dei præsidio liberatus. Atq; hinc rediisse ad prædicationem colligunt ex eo, quod mox subijcit: Dominus autem mihi adstitit & cõfortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes. Porrò eum in secunda defensione fuisse periclitatum, arguit quod inibi scribit: Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, & cætera. Itaque martyrio coronatum credunt anno Neronis decimotertio, anno à Christi morte trigesimosexto, aut iuxta Chronicorum elenchon trigesimooctauo. Porrò quòd Lucas reliquerit Paulum in prima defensione, hinc colligunt, quòd hic finierit eorum quæ uiderat narrationem. Rursus quod adfuerit in secunda defensione, testatur Paulus in eadem epistola, dicens: Lucas est mecum solus. Ex his colligere licet, Paulum in euãgelico negocio uersatum fuisse annos uiginti unum, præter duos illos, quos Cæsareæ tenebatur in uinculis: rursum alios duos, quos Romæ peregit in uinculis habitans in conducto, quibus ut historiæ memorant, accesserunt decem. Ita comperies à baptismo Pauli usq; ad mortem eiusdem annos trigintaquinque, aut, ut quidam supputant triginta septem. Hæc quoniam uidebantur nonnihil lucis allatura lectioni, libuit in frontispicio huius operis præfigere. Quanquam non ignoro uix annorum rationem ad unguem tradi posse, quum in his non solum diuersi scriptores inter se dissentiant, uerum etiam ijdem à seipsis discrepent: ut Beda in commentarijs capite decimooctauo scribit ex autoritate Iosephi, Iudæos Roma expulsos anno Claudij nono. In annotatione temporum, quam præposuit operi, dicit id factum anno octauo. Sic & apud Eusebium nonnunquam alium annum reperies in historia, alium in chronicis, ubi in ambiguo relinquitur, utrum Tiberius imperauerit annos uiginti unum, an uiginti tres.

Bene uale lector, & ad Acta perlegenda bonis auibus accingere.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΓΟΣΤΟΛΩΝ ❧ ACTA APOSTOLORVM

ΟΝ ΜΕΝ πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων ὦ θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας, ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη, οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι. ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτόν, λέγοντες. κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ ἰσραήλ; εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς. οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἰουδαίᾳ, καὶ σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρεστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ καὶ εἶπον. ἄνδρες γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ ἰησοῦς, ὁ ἀναλημφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. τότε ὑπέστρεψαν εἰς ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς ἱερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν. καὶ ὅτε εἰσῆλθον ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ, τε πέτρος καὶ ἰάκωβος, καὶ ἰωάννης καὶ ἀνδρέας, φίλιππος καὶ θωμᾶς, βαρθολομαῖος καὶ ματθαῖος, ἰάκωβος ἁλφαίου καὶ σίμων ὁ ζηλωτὴς, καὶ ἰούδας ἰακώβου. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες

τοῦ

VPERIORE quidē uolumine diximus Theophile, de omnibus quæ cœpit Iesus tum facere tum docere, ad eū usq; diem quo posteaq; impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum, mandata dedisset quos delegerat, apostolis, sursū assumptus est: quibus etiam seipsum exhibuerat uiuētem, postea quàm supplicio fuisset affectus, idq; compluribus argumētis dum per dies quadraginta cōspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno dei: & congregās illos in idem loci, præcepit eis ne discederent Hierosolymis, sed ut expectarēt promissum patris: de quo (inquit) audistis ex me: quoniam Ioannes baptizauit quidē aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto post dies hosce non multos. Illi igitur ubi cōuenissent, percontabantur illū, dicentes: Domine, num in tempore hoc restituis regnū Israeli? Dixit autem ad illos: Non est uestrum nosse tempora & articulos tēporū, quos pater in sua ipsius constituit potestate: sed accipietis uirtutem, postea q̄ spiritus sanctus aduenerit super uos, & eritis mihi testes non solū Hierosolymis, uerum etiam in uniuersa Iudæa, Samariaq; denicq; usque ad extrema terræ. Atq; hæc loquutus, uidētibus ijsdem, in altum sublatus est: & nubes subduxit illū ab oculis eorū. Quumq; essent defixis in cœlum oculis, eūte illo, ecce uiri duo astiterūt illis amicti uestibus albis, qui & dixerūt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlū? hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlū, sic ueniet quemadmodū uidistis eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt Hierosolymā à monte qui uocatur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati: & quum introissent, ascenderunt in cœnaculū ubi manebant & Petrus & Iacobus, & Ioānes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simō Zelotes, & Iudas Iacobi frater. Hi omnes perseuerabant

AM QVO RES SIT DILVCIDIOR, argumentum epi ſtolæ paucis explicandum. Atque ut exordiar ab ipſo nomine, quanquam me non fugit Hieronymum in commentarijs, quos ſcripſit in epiſtolam ad Philemonẽ in hac eſſe ſententia, ut exiſtimet apoſtolum prius uocatum Saulum, Pauli uero cognomen ceu trophæum uſurpaſſe à Sergio Paulo procõſule, quem Chriſto lucrifecit: quemadmodum legimus in Actis apoſtolorum capite decimotertio. Rurſus alios eſſe, quibus placeat in Iudaiſmo dictum Saulum, mutata religione ſimul & nomen mutaſſe. Sed alteram minus probabilẽ facit, quod Lucas hoc ipſo quod modo citauimus capite ſcribit: Saulus qui & Paulus repletus ſpiritu ſancto. haud obſcure declarans eum binominẽ fuiſſe, prius quàm Sergius Paulus eſſet conuerſus. alteram planè refellit: quod quum alijs aliquot locis, tum in eodem capite, Saulus dicitur, iam Chriſti prædicans euangelium: Dixit illis ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam. Proinde mihi uero propior uidetur Origenis opinio, quemadmodum in ueteris inſtrumenti libris aliquot comperimus diuerſis nominibus notatos, uelut Idida dictum, qui aliâs uocatus eſt Salomon: & Oziam alicubi dictum, qui alibi ſit Azarias. Item in euangelicis literis, Lucæ dictum Leui, qui ſe in ſuo euangelio Matthæum nominat: ita Paulo geminum fuiſſe uocabulum: quanquam ipſe in ſuis epiſtolis ſe nunquam Saulum appellat, ſed ubiq; Paulum: fortaſsis ob id, quod Pauli uocabulum, Græcorum ac Romanorum ad quos ſcribebat, auribus eſſet familiarius. Saulus enim ſic à Saul Hebræa uoce deflexum apparet, ut Græci à Ioſeph Ioſephum deflexerunt. Paulus autem Hebræis ſonat mirabilem, ſi tamen ferendum putamus, Romanæ ſeu Græcanicæ uocis etymologiam à peregrina lingua peti. Quod tamen Hieronymus quum alicubi in alijs reprehendat, hic ſibi permittit, opinor, ut in re non admodum ſeria. Certe Græcis ſonat quietum, Latinis puſillum. Saul Hebræis ſonat poſtulatum, & ſi Ambroſio credimus, inquietudinem ſiue tentationem. Atque hæc quidem de ratione nominis, ut in argumento penè plus ſatis. Cæterum dicturus hanc epiſtolam, excipiente Tertio, quod is quoque in calce epiſtolæ teſtatur, adijciens: Saluto uos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam in domino. Miſſam apparet è Corintho, per Phœbem fœminam Cenchreẽſem. Eſt autem Cenchreæ portus Corinthiorum, haud procul ab urbe diſsitus. Quod ſi tempus quoq; requiratur, ſcriptam apparet poſt utramq; ad Corinthios epiſtolam: unde putant in hac abſolutæ iam & confirmatæ pietatis argumenta potiſsimum elucere: id temporis quum peragrata iam Achaia, in qua Corinthus eſt, & huic finitima Macedonia uſque ad Illyricum: ac non ſolum prædicato ubique Chriſti euangelio, in his duntaxat locis, in quibus aliorum apoſtolorum nemo prædicauerat, uerum etiam iuxta Petri monita, collecta à ſuis aliquanta pecunia in ſubſidium pauperum, adornaret iter Hieroſolymam, ut exhibito quod acceperat, illinc proficiſceretur in Hiſpaniam, Roma iter facturus, atque illic obiter ſalutaturus Chriſtianos, de quorum fide ac religione audierat, quum ipſos nondum uidiſſet. Acciderat enim illis diuerſum quiddam atque Galatis. Siquidem hi primum recte à Paulo inſtituti, poſtea fraude pſeudapoſtolorum circumuenti ſunt, & retracti in Iudaiſmum. Contrà Romani, primum male inſtituti à pſeudapoſtolis, ſimul atque pro ſua prudentia ſenſerant fraudem, reſipuerunt, & in eo quod rectum eſſe cognouerunt, perſeuerabant. Nam in eccleſiæ naſcentis primordijs erant qui exiſtimarent, euangelij gratiam, quoniam Abrahæ poſteris & Iudaicæ genti peculiariter promiſſa uidebatur, non eſſe propagandam in prophanas gentes, & ſimulachrorum ac dæmonum cultui deditas. In qua ſententia & Petrum apparet fuiſſe, qui uiſo monendus erat, ut Cornelium centurionem admitteret: quo nomine mox illi exhibitum eſt negotium Hieroſolymis

mis,expoſtulantibus his qui ex Iudaiſmo conuerſi fuerant ad Chriſtum, quod cum incircunciſis habuiſſet commercium:atque in his probabile eſt & apoſtolos aliquot fuiſſe.Sic enim legimus in Actis capite undecimo:Audierunt autem apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa,quoniam & gentes receperunt uerbum dei.Quum autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam,diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circunciſione,dicentes:Quare introiſti ad uiros præputium habentes,& manducaſti cum illis:Erant rurſus,qui licet non exiſtimarent gentes prorſus arcendas ab euangelij conſortio,non admittẽdas tamen ducebant niſi circunciderentur ritu Iudaico:perinde quaſi Chriſtus egeret adminiculo legis Moſaicæ,ſimul ut euangelij gloriam in ſuam gentem transferrent.Et in Actis apoſtolorum capite undecimo proditum eſt,eos qui ob perſequutionem quæ accidit à morte Stephani, profugerant in Phœnicen,in Cyprum & in Antiochiam,nemini prædicaſſe Chriſtum niſi ſolis Iudæis.Rurſus capite decimoquinto:Quidam Iudæi ueniunt Antiochiam, palàm aduerſus Paulum & Barnabam,prædicantes non eſſe ſpem ſalutis,niſi iuxta Moyſi præſcriptum circunciderentur.Tantuſq; tumultus per hos concitatus eſt,ut coacto concilio decretum ſit, ut Paulus & Barnabas unà cum aduerſarijs Hieroſolymam irent,& lis apoſtolorum ac ſeniorum arbitrio componeretur.Atque illic rurſum acriter obnitentibus nonnullis,præſertim factionis phariſaicæ Chriſtianis,cuius fuerat & Paulus,coacta eſt ſynodus apoſtolorũ & ſeniorum,ac Petri Iacobiq; autoritate decretum eſt, ne gentes onerarentur lege Moſaica,tantum temperarent ab eſu ſuffocati animantis,à ſanguine,à carnibus ſimulacro immolatis,& à ſtupris.Quod tamen pro ratione temporum,inuincibili Iudæorum ſuperſtitioni datum eſſe uel illud argumento eſt,quòd tria illa iam olim uidemus eſſe ſublata,ac prorſus abolita.Ex eodem fonte nata eſt illa Pauli cum Petro concertatio Antiochiæ,quum gentium apoſtolus cernens ſuos ob Petri ſimulationẽ periclitari,palàm illum redarguit,quem admodum refert ipſe in epiſtola ad Galatas capite ſecundo.Rurſum Hieroſolymis autore Iacobo,quo purgaret iam inter Iudæos ſparſum rumorem,quod retrahere uideretur à lege Moſaica,cum cæteris caluitium induxit capiti,& iuxta ritum Iudaicum purgatus munus obtulit in templo,ſicuti refert Lucas Actorum capite uigeſimoprimo.Quo quidem ex loco uidetur Iacobus,tametſi gentes prius onere legis Moſaicæ propemodum liberaſſet,eſſe tamen in hac ſententia,ut putaret à Iudæis exigendam eſſe legis obſeruationem:uel in hoc ut placarentur ij,qui nondum ſic profecerant in euangelica ueritate,ut poſſent omnino patrios ritus contemnere.Sic enim loquitur,ut eſt coniectandum multitudinis congregatæ nomine,Iacobus:Et ſcient omnes quia quæ de te audierunt,falſa ſunt,ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem.Nec alia de cauſa,opinor,totondit caput ex uoto Cenchreis,capite decimooctauo. Conſimili neceſsitate circuncidit Timotheum,capite decimoſexto:quum eſſet matre quidem Iudæa natus,ſed patre ethnico. Tãtæ molis erat ex Iudæo facere Chriſtianum.Eſt enim ei genti peculiaris quædam pertinacia,nec ulla fuit unquam ſuæ religiõnis tenacior:ut eleganter docet Ioſephus in apologia Iudaicarum antiquitatum.Ad hæc ut Iudæorum natio tum omnibus orbis nationibus erat peculiariter inuiſa,ita uiciſsim omnes execrabantur illi,ceu impuros,prophanos & impios:adeo ut nec congreſſu dignarentur,& templum ſuum pollui crederent,ſi quis fortè incircunciſus eſſet ingreſſus. Tantum erat præciſæ pelliculæ ſupercilium. Quum igitur ſpes non eſſet fore,ut Græci Romaniq; legem inuiſam reciperent,& incredibili pertinacia reclamarent Iudæi, Paulus intelligens periculum eſſe,ne tam exitiabili diſsidio magna ex parte periret euangelij fructus,& Chriſti gloria Moſaici nominis obſcuraretur admixtu,hoc in primis agit ubique,ut legis ceremonias abroget atq; antiquet,omnemq; ſalutis adipiſcendæ fiduciam,in unum Chriſtum transferat.Sicut autem Galatas acriter,ſed tamen amanter obiurgat,quòd eſſent in Iudaiſmum adducti:ita Romanos præmunit & inſtruit,ne ab pſeudapoſtolis,quos ſciebat nuſquam ceſſare,illaqueentur incauti:ſed in recta doctrina quam amplecti cœpiſſent,perſiſterent.Erant enim Romæ ingens Iudæorum numerus,ſiue illuc à Pompeio translatus, ſiue quod iam Romanorum eſſet prouincia Iudæa:quorum ſuperſtitio crebro & apud Iuuenalem atque Horatium & apud Senecam notatur.Cum quibus & Paulo multum negotij

fuiſſe,poſtea quàm Romam peruenisſet:teſtatur extremum caput Actorum apoſtolico/
rum.Ac miro conſilio ſingularis artifex in hac epiſtola ſermonem temperat inter Iudæos
& gentes,dum ſtudet omneis omnibus modis ad Chriſtum pellicere:neque uult,ſi fieri
poſsit,quenquam omnino mortalium perire ſuo duci cui militabat. Itaque nunc hos obiur
gat,nunc illos:nunc rurſus erigit,ac ſubleuat.Gentium ſupercilium deprimit, oſtendens
nihil illis profuiſſe neque naturæ legem,neq; philoſophiam,cuius profeſsione tumebant,
quo minus in omne ſcelerum dedecus prolaberentur.Rurſum Iudæorum arrogantiam co
hercet,qui legis fiducia perdidiſſent id quod erat totius legis caput,fidem in Chriſtum Ie/
ſum:docens legis ceremonias antiquatas eſſe,iam coruſcante Chriſti euangelio,quem le/
gis umbræ deliniarant, abrogata iam ocia ſabbatorum,circunciſionis iniuriam,calenda/
rum recurſus,ter quotannis redeuntes ferias,delectum ciborum,in ſingulos dies iterum
ſordidanda lauacra,pecudum innoxiarum lanienam,templi religionem aſsiduis inquinati
cædibus.Has rerum umbras emicante luce ueritatis euaneſcere. Veros eſſe filios Abra/
hæ,qui fidem Abrahæ referrent:uere Iudæos eſſe,qui Chriſtum profiterentur:uere circun
ciſos,qui mentem haberent à fœdis cupiditatibus repurgatam:ueram iuſtitiam ac perfe/
ctam ſalutem citra legis auxilia,per euangelium ac ſolam fidem in Chriſto conferri ex æ/
quo omnibus:licet ea ſalus peculiariter olim eſſet promiſſa Iudæis:ſed ita his promiſſa,ut
prophetæ non tacuerint, fore ut illis reijcientibus,ad gentes prædicatio Chriſti propagare
tur. Per legem Moſaicam ueram iuſtitiam nulli contingere,ſed per fidem:idq; docet tum
exemplo Abrahæ,tum uarijs ipſius legis teſtimonijs.Et ad eum modum detracto utriſque
ſupercilio,adempta utriſque fiducia ſui,omneis æquat in negotio fidei euangelicæ,ita gra
tulans ſaluti gentium,ut ſuæ gentis cæcitatem paterno deploret affectu,licet illam ubique
pertinaciſsime infenſam experiretur:atq; id per ſe durum,ita mitigat,ut dicat nec omneis
excæcatos & fore ut aliquando reſipiſcat Iudæorum natio,fide gentium prouocata.Atq;
hic obiter uaria multiplexq; doctrina de præfinitis ſiue prædeſtinatis,de præſcitis,de uoca/
tis,de gratia & merito,de libero arbitrio,de diuino conſilio nobis inſcrutabili,de lege natu/
ræ,de lege Moyſi,de lege peccati. Varij item allegoriarum fontes,dum duos facit Adam:
alterum,quo naſcimur iuxta carnem mortales:alterum,quo renaſcimur immortales futu/
ri. Duos homines,internum,& externum:internum, ſpiritui & rationi parentem:exter/
num,cupiditatibus & affectibus obnoxium.quorum priorem,aliquando ſpiritum appel/
lat:poſteriorem,interim corpus ſiue membra,interim carnem,aliquoties legem peccati uo
cat.Duplicem mortem,corporis,& animi:& tertiam qua morimur peccato & peccandi
affectibus. Triplicem item uitam,qua uiuimus corpore,qua animo,& qua uiuimus iuſti/
tiæ & peccato.Duplicem ſeruitutem aut libertatem,qua uiciſsim uel innocentiæ ſerui/
mus,emancipati à peccatis:uel peccatis ſeruimus,liberi à iuſtitia.Duplicem Iudaiſmum:
duplicem circunciſionem:geminos poſteros Abrahæ.duas parteis legis Moſaicæ:carna/
lem,ueluti corpus:ſpiritualem,uelut animam legis. Duplicem baptiſmum:quo primum
abluimur à peccatis priſtinis,ſacro lauacro:& quo Chriſto commorimur,abdicatis mundi
affectibus.Duplicem ſepulturam:corporalem,qua triduo ſepultus eſt Chriſtus:& ſpiri/
tualem,qua nos ſemoti à mundi uitijs,requieſcimus in illo.Duplicem reſurrectionem:alte
ram,quæ præceſsit in Chriſto,in nobis ſequutura:alteram,qua nos à peccatis priſtinis re/
diuiui,progredimur à uirtute ad uirtutem,hac parte quoad licet futuram immortalitatem
meditantes.Duplicem iuſtitiam,dei,& hominum.Duplex iudicium,dei,& hominum.Du
plicem gloriam ſiue laudem,apud deum,& apud homines. His diſſertis, transit ad lo/
cum moralem:in primis adhortans ad mutuam concordiam,exemplo membrorum cor/
poris.Et quoniam pax conſtare non poteſt,ubi faſtus eſt aut liuor,obſecrat,ut obſequijs
mutuis,mutuum amorem alant foueantq;:Romanos,ut Iudæorum infirmitatem ex diu/
tina legis aſſuetudine relictam ferant: Contrà, Iudæos, ne gentibus in euangelij conſor/
tium aſcitis inuideant,ſed illorum fidem ac libertatem potius æmulentur:& quum idem
ſit omnium deus,idem Chriſtus, eadem gratia,idem præmium, omnes in unum corpus
coaleſcant,neque quiſquam ſibi arroget quicquam;ſed ſi qua dote præcellat aliquis,eam

ad fratris opem accommodet. Atque hunc locum uarie tractat, docens, quales se præstare debeant erga Iudæos incredulos, quales erga Christianos superstitiosiores, siue, ut ipse uocat, infirmos: quales erga superiores, quales erga inferiores, quales erga pares, quales erga principes ac magistratus Ethnicos, sed suo utcunque fungentes officio: quales in prosperis, quales in aduersis. Deinde rursum laude Romanorum, mitigat admonitionis acerbitatem: & suam apud illos autoritatem commendat, commemorans quanto plus cæteris promouerit in euangelio Christi: declarat quanta teneatur illos uidendi cupiditate, & spem facit sui aduentus: cur eum differre cogatur, aperit, laudans spontaneã Macedonum & Corinthiorum in pauperes sanctos liberalitatem, tacite ac uerecunde Romanos ad æmulandum prouocans. Caput extremum penè totum occupat salutationibus non frigide congestis multorum nominibus, sed mire suo cuique addito elogio. Postremo, quoniam penitus nouerat & pseudapostolorum improbam uersutiam, & Romanorum simplicitatem, ac facilitatem: admonet etiam atq; etiam caueant, ne illorum blandiloquentia fallantur. Quanquam autem horum pleraq; peculiarius ad eam pertinent ætatem, in qua rudis adhuc paulatim suppullulabat ecclesia Iudæis & gentibus admixta, ac principibus Ethnicis obnoxia: tamen nihil est, unde non ad hæc quoque tempora salutaris aliquid doctrinæ possit accommodari: ueluti de fugienda superstitione, quæ dissidiorum est seminarium: & sic habet speciem pietatis, ut nihil sit ueræ pietati aduersius: de stulta fiducia philosophiæ mundanæ, de merito fidei, de uitando fastu, de toleranda alicubi minus eruditorum aut superstitiosorum imbecillitate, de mutuis obsequijs alenda concordia: de ferendis aliquousque malis principibus & impijs episcopis, ne turbetur ordo status publici: de malefactis beneficẽtia superandis, de non iudicando quod ad te non pertineat, de commode interpretando quicquid recto animo fieri potest, de cauenda insidiosa blandiloquentia: alijsq; id genus rebus, in quibus hodieq; communis hominum uita uersatur. Sed utilitatem huius epistolæ æquat, ac penè superat difficultas: idq; mihi tribus potissimum de causis accidere uidetur: siue quod non alibi sermonis ordo confusior, nusquam oratio hyperbatis magis hiulca, nusquã anantapodotis crebrius inabsoluta: quod subinde queritur interpres Origenes, in huiusmodi difficultatibus passim luctans ac laborans. quod utrum interpreti aut scribæ Tertio sit tribuendum, an ipsi Paulo, aliorum esto iudicium. Ipse sanè agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum inscitiam deprecetur. Rursus adeo non affectauit orationem arte humana compositam, ut eam sibi fugiendam etiam duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis: atquẽ ob id Origenes existimat superuacaneum esse, sermonis compositionem in eo requirere. Hieronymus aliâs illi uindicat orationis artificium, aliâs adimit, ingenue confitens è corrupto Cilicum sermone nonnihil traxisse uitij. Augustinus etiam rhetorum ornamenta flosculosq; ex huius depromit epistolis. Quin & in Actis dux uerbi est: & in epistola ad Corinthios priore, supra cæteros omnes linguis loquitur. Quamuis enim, ut testatur Hieronymus, id temporis totus oriens Græce loqueretur: tamen consentaneum est, apud Celtas non eandem fuisse Romani sermonis castimoniam, quæ fuit Romæ: ita uerisimile est, non parum interfuisse inter Cilicem Græce loquentem, & Atticum. Ad hæc orationis incommoda accesit Hebraismus: cuius idiomata passim refert, ita Græce loquens, ut nihilo secius interim Hebræum agnoscas. Alteram difficultatis causam arbitror, quòd ob rerum inexplicabilium obscuritatem, non alia sit crebrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta uoraginibus, adeo ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: O altitudo diuitiarum. Quid quod quædam mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat, pro temporum illorum ratione, proq; captu eorum quibus scribit, orationem attemperans. Nouerat & uiderat ille quædam, quæ nephas esset homini loqui, & nouit quatenus esset opus lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatum in Christo gradus, & quid cui foret adhibendum. Hoc consilio Petrus apostolus apud rudem contionem uerba facturus de Christo, uirum eum nominat, deum tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitam personarum mutationem, dum nunc Iudæos, nunc gentes, nunc utrinque, modo credentes, modo incredulos respicit, aliâs infirmi, aliâs firmi, interim pij, interim impij, perso-

nam ſuſtinet. Quibus fit, ut lector uelut in labyrinthis ac Mæandris quibuſdam inextricabilibus oberrans, nec unde ſit ingreſſus ſatis uideat, nec quà ſit exitus. Vt mihi non minus uere quàm eleganter Origenes Paulum adſimilem faciat ei, qui hoſpitem in opulentiſsimi cuiuſpiam principis palatium inducat, diuerſis uiarum ambagibus & conclauium ſeceſſibus perplexum. Quædam autem procul oſtendat, ex ditiſsimo opum theſauro, quædam propius admoueat, quædam uideri nolit. Sæpe interim per aliud ingreſſus hoſtium aliunde exeat, ut hoſpes ipſe miretur unde uenerit, ubi ſit, aut quà ſit exeundum. Agnouit hoc & Petrus apoſtolus in epiſtola ſecunda, teſtans eſſe in Paulinis epiſtolis quædam intellectu difficilia, quæ parum eruditi, parumq; firmi deprauarent ad ſuam perniciem. Nos difficultates has pro uirili conati ſumus amoliri, niſi quòd quædam Paulinæ linguæ adeo peculiaria ſunt, ut aliquoties mutari non queant: ueluti hæc, fides, gratia, corpus, caro, membra, ſpiritus, mens, ſenſus, ædificare, aliaq; huius generis, quæ ut prorſus mutari non debuerunt, ita quoad licuit emollire ſtuduimus.

EPISTOLAE PAVLI

APOSTOLI AD GRAECAM VERITATEM ET VETERVM Latinorum codicum fidem recognitæ, per DES. ERASMVM ROT. sacræ theologiæ professorem.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS

α ΠΑΥΛΟΣ ΔΟΥΛΟΣ ἰησοῦ χεισοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ἰησοῦ χεισοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν, εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ ἰησοῦ χεισοῦ. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χεισοῦ.

β πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, διὰ ἰησοῦ χεισοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ θεός, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.

γ οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, ὀφειλέτης εἰμί. οὕτως τὸ κατ' ἐμὲ, πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χεισοῦ. δύναμις γὰρ

PAVLVS SERVVS Iesu Christi, uocatus ad munus apostolicũ, segregatus in euãgeliũ dei, quod ante promiserat per pphetas suos in scripturis sanctis, de filio suo q genitus fuit ex semine Dauid secundũ carnem, qui declaratus fuit filius dei cũ potentia, secundum spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus dominus noster, per quem accepimus gratiam ac muneris apostolici functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes, super ipsius nomine, quorum de numero estis & uos, uocati Iesu Christi. Omnibus qui Romæ estis dilectis dei, uocatis sanctis, gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Primũ quidem gratias ago deo meo per Iesum Christũ super omnibus uobis, q fides uestra annunciatur in toto mũdo. Testis enim mihi est deus, quẽ colo spiritu meo, in euangelio filij ipsius, q inde sinenter mẽtionem uestri faciam semper in precibus meis, orans si quo modo tandẽ aliquando prosperum iter contingat, uolente deo, ut ueniã ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquod impertiar uobis donum spirituale, quo confirmemini: hoc est, ut communem capiam consolationẽ in uobis, per mutuam fidem, uestram simul & meam.

Nolo autẽ uos ignorare fratres, q sæpe proposuerã uenire ad uos, licet præpeditus fuerim ad hunc usq; diem, quo fructum aliquem haberem inter uos quoq;, quẽadmodum & inter reliquas gentes. Græcis simul & barbaris, eruditis pariter ac rudibus, debitor sum: ita quãtũ in me est, paratus sum uobis quoq; qui Romæ estis, euãgelizare. Non enim me pudet euãgelij Christi. Potẽtia

 siquí-

γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλλησι. δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. καθὼς γέγραπται. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

ὁ ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν, καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀίδιος αὐτοῦ, δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν θεόν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς. οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα, ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

ε διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν, εἰς τὴν παρὰ φύσιν. ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

ς διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων. ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις. τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ

siquidē est dei,ad salutē omni credenti,Iudæo primū simul & Græco.Iustitia em̄ dei per illud patefit ex fide in fidē:sicuti scriptū est:Iustus aūt ex fide uicturus est. Palā fit enim ira dei de cœlo aduersus omnē impietatē & iniustitiā hominū,qui ueritatē in iniustitia detinēt:propterea q̄ id quod de deo cognosci potest,manifestū est in illis.Deus enim illis patefecit.Siquidē quæ sunt inuisibilia illius,ex creatione mūdi,dū per opera intelligūtur,peruidētur ipsaq̄ æterna eius potētia ac diuinitas,in hoc ut sint inexcusabiles:propterea q̄ quū deum cognouerint, non ut deum glorificauerūt,neq̄ grati fuerunt:sed frustrati sunt per cogitatiōes suas, & obtenebratū est insciēs cor eorū.Quum se crederēt esse sapiētes,stulti facti sunt:mutaueruntq̄ gloriā immortalis dei,per imaginem,non solū ad mortalis hominis similitudinem effictā,uerum etiā uolatiliū & quadrupedū & reptiliū. Quapropter tradidit illos deus per cupiditates cordiū suorū,in immunditiā,ut ignominia afficiāt corpora sua inter se mutuo:qui cōmutarūt ueritatē eius mendacio:& uenerati sunt,coluerūtq̄ ea quæ cōdita sunt,supra eum qui cōdidit, qui est laudādus in secula,amē. Quāobrē tradidit eos deus in cupiditates ignominiosas:nam & fœminæ illorū mutauerūt naturalem usum,in eum qui est præter naturā: similiterq̄ & masculi,relicto naturali usu fœminæ,exarserūt per appetentiā sui,alius in alium,masculi in masculos fœditatē perpetrantes,& præmiū quod oportuit erroris sui in sese recipiētes.Et quemadmodū non probauerūt ut deū agnoscerent,ita tradidit eos deus in reprobā mentē,ut facerent quæ nō cōueniebat:repleti omni iniustitia,scortatione,uersutia,auaritia,malitia,pleni inuidia,cæde,cōtētione,dolo,malis præditi moribus,susurrones,obtrectatores,dei osores, contumelioſi, elati, glorioſi, excogitatores malorū,parētibus immorigeri,expertes intelligētiæ,pactorū haudquaq̄ tenaces,alieni à charitatis affectu,nescij fœderis,immisericordes:qui quū dei iustitiā nouerint,nēpe q̄ ij qui talia faciūt,digni sint morte, nō solū ea faciunt,uerū etiā assentiūtur ijs qui faciūt. Quapropter inexcusabilis es ó homo,quisq̄s es qui iudicas.Nā hoc ipso q̄ iudicas alterū,teipsum condēnas.Eadē em̄ facis,tu qui iudicas.Scimus aūt q̄ iudiciū dei

θη κατὰ ἀλήθειαν ὢν τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ; ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστόν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή, θλῖψις καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος· δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ θεῷ. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπologουμένων, ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἰδὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ, καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου, πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται. περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου; οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ

est secũdum ueritatẽ aduersus eos qui talia agũt. Cogitas aũt hoc, ó homo qui iudicas eos qui talia faciũt, & facis eadẽ, ꝙ tu sufugies iudiciũ dei? Aut diuitias bonitatis illi⁹ ac tolerãtiæ lenitatisꝙ contẽnis, ignorãs ꝙ bonitas dei ad pœnitẽtiã te inuitat? Sed iuxta duritiã tuã & cor pœnitere nesciũ, colligis tibĩpsi irã in die iræ, quo patefiet iustũ iudiciũ dei, ꝙ redditurus est unicuiꝙ iuxta facta sua: his qdẽ qui pseuerãtes in benefaciẽdo, gloriam & honorẽ & immortalitatẽ quærũt, uitã æternã: ĩjs uero qui sunt cõtentiosi & qui ueritati qdẽ non obtẽperãt, sed obtẽperant iniustitiꝙ, uẽtura est indignatio & ira, afflictio & anxietas aduersus omnẽ animã hominis perpetrãtis malũ, Iudæi primum simul & Græci: gloria uero & honor & pax omni operãti bonũ, Iudæo primũ simul & Græco. Nõ em̃ est psonarũ respect⁹ apud deũ. Quicũꝙ enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribũt: & qcunꝙ in lege peccauerũt, p legẽ iudicabũtur. Nõ em̃ qui audiũt legẽ, iusti sunt apud deũ: sed q legẽ factis exprimũt, iusti habebũtur. Nam quũ gẽtes quæ legẽ nõ habẽt, natura quæ legis sũt, fecerint: eæ legẽ nõ habẽtes, sibĩjpsis sũt lex, ꝙ ostendũt opus legis scriptũ in cordib⁹ suis, simul attestãte illorũ cõsciẽtia, & cogitationib⁹ inter se accusantib⁹ aut etiã excusantib⁹ in eo die, quũ iudicabit dns occulta hominũ, iuxta euãgeliũ meũ p Iesum Christum. Ecce tu Iudæ⁹ cognominaris, & acqescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uolũtatẽ, ac ꝓbas eximia, institutus ex lege, cõfidisꝙ teipsũ ducẽ esse cæcorũ, lumẽ in tenebris uersantiũ, eruditorẽ insipiẽtiũ, doctorẽ impitorũ, habentẽ formã cognitiõis ac ueritatis p legẽ: q igit̃ doces aliũ, teipsũ non doces: q prędicas nõ furãdũ, furaris: q dicis nõ adulterãdũ, adulteriũ cõmittis: q execraris simulacra, sacrilegiũ admittis: q de lege gloriaris, p legis trãsgressionẽ deũ dehonestas. nã nomẽ dei ꝓpter uos male audit inter gẽtes: quẽadmodũ scriptũ est. Nam circũcisio qdẽ ꝓdest, si legẽ seruaris. ꝙ si transgressor legis fueris, circũcisio tua in pręputiũ uersa est. Ergo si pręputiũ iustificationes legis seruauerit, nõne præputiũ illius pro circũcisione imputabit̃? & iudicabit qd̃ est ex natura præputiũ, si legẽ seruauerit, te qui per literã & circũcisionẽ trãsgressor es legis? Non is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est: nec

ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ.

2 τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. πρῶτον μὲν γάρ, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. τί γάρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει; μὴ γένοιτο. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

5 εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν, θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω. μὴ γένοιτο. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον; εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; καὶ μὴ καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν. ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι.

9 τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως. προῃτιασάμεθα γὰρ ἰουδαίους τε καὶ ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, καθὼς γέγραπται. ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς, οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν θεόν. πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει, ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως ἰησοῦ χριστοῦ εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. οὐ γάρ ἐστι διαστολή. πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον, διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι

ea quæ in manifesto sit carnis circũcisio, circũcisio est: sed qui in occulto ludęus fuerit, is ludæus est: & circũcisio cordis, circũcisio est, quæ spiritu cõstat, non litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo. Quid igitur habet in quo præcellat ludæus? aut quæ utilitas circũcisionis? Multũ per omnẽ modum. Nam primũ quidẽ illud, quod illis cõmissa sunt oracula dei. Quid enim, si quidam fuerũt increduli? Num incredulitas illorum, fidem dei faciet irritã? Absit. Imò sit deus uerax, omnis aũt homo mẽdax. Quẽadmodũ scriptũ est: Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & uincas quũ iudicaris. Quod si iniustitia nostra, dei iustitiam cõmendat, qd dicemus? Num iniustus deus, qui inducat irã. Humano more loquor. Absit. Nam quomodo iudicabit deus mũdum? Etenim si ueritas dei, per meũ mẽdacium excellut in gloriã ipsius, quid posthac & ego ueluti peccator iudicor? Ac nõ potius (quẽadmodum de nobis male loquũtur, & sicut quidã aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniãt bona: quorũ dãnatio iusta est? Quid igitur? præcellimus eos? Nullo modo. nã antea causis redditis ostẽdimus & ludęos & Grẽcos omnes peccato esse obnoxios: sicut scriptum est: Nõ est iustus, ne unus quidẽ: non est qui intelligat, nõ est qui exquirat deum: omnes deflexerũt, simul inutiles facti sunt: non est q exerceat bonitatẽ, non est usq; ad unũ. Sepulchrũ apertũ guttur eorũ, linguis suis ad dolũ usi sunt, uenenũ aspidũ sub labijs eorũ. Quorũ os execratione & amarulentia plenũ est: ueloces pedes illorũ ad effundendũ sanguinẽ. Contritio & calamitas in uijs eorũ, & uiã pacis non cognouerunt. Non est timor dei corã oculis eorũ. Scimus aũt q̃ quæcũq; lex dicit, his qui in lege sunt dicat: ut omne os obturetur, & obnoxius fiat totus mũdus deo: propterea q̃ ex operibus legis, non iustificabit omnis caro in conspectu eius. Per legẽ ẽm agnitio peccati. Nunc uero absq; lege iustitia dei manifestata est, dum cõprobatur testimonio legis ac pphetarum. Iustitia uero dei per fidẽ Iesu Christi in omnes & super omnes eos qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes ẽm peccauerunt, ac destituũtur gloria dei. Iustificantur aũt gratis per illius gratiã, per redẽptionem quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus recõciliatorẽ per fidẽ, interueniẽte ipsi⁹ sanguine

μάτη, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως ἰησοῦ.

guine, ad ostensionem iustitię suæ, propter remissionem pręteritorum peccatorū, quæ deus tolerauit, ad ostendendā iustitiā suam in præsenti tēpore: in hoc, ut ipse sit iustus: & iustificans eū qui est ex fide Iesu.

ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. ἢ ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.

Vbi igitur gloriatio? Excluſa eſt. Per quā legē? Operum? Non: imò per legem fidei. Arbitramur igitur fide iuſtificari hominē abſq; operibus legis. An Iudæorū deus tantum? An non & gētium? Certe & gentiū. Quando quidem unus deus qui iuſtificabit circūciſionem ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur irritā facimus per fidem? Abſit. Imò legem ſtabilimus.

τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν. τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. τῷ δὲ ἐργαζομένῳ, ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα. τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων. μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γάρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην, καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως, τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου. ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ

ἐκ

IIII Cemus, inueniſſe Abrahā patrem noſtrum ſecundum carnem? Nam ſi Abrahā ex operibus iuſtificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud deum. Quid enim ſcriptura dicit? Credidit aūt Abraham deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiā. Ei uero qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundū debitum. Porrò ei qui non operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impiū, imputatur fides ſua ad iuſtitiam. Quemadmodum & Dauid explicat beatificationē hominis, cui deus imputat iuſtitiam abſq; operibus. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum obtecta ſunt peccata. Beatus uir, cui non imputabit dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, in circunciſionem tantū, an & in præputium deuenit? Dicimus enim, ꝙ imputata fuerit Abrahæ fides ad iuſtitiā. Quomodo ergo imputata eſt? quum eſſet in circūciſione, an quum eſſet in præputio? Non in circūciſione, ſed in præputio. Et ſignum accepit circūciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ fuerat in prę putio, ut eſſet pater omnium credentiū per præputium, ut imputaretur & illis iuſtitia, & pater circūciſionis ijs qui non ſolū genus ducerent à circūciſis, uerum etiam ingrederentur ueſtigijs fidei, quæ fuit in præputio patris noſtri Abrahę. Non enim per legem promiſsio cōtigit Abrahæ, aut ſemini eius, illum hæredē fore mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Etenim ſi ij qui ad legē pertinēt, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides, & irrita facta eſt promiſsio: nam lex irā operat. Siqdem ubi nō eſt lex, ibi nec trāſgreſsio eſt. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut ſecūdū gratiā, ut firma ſit promiſsio uniuerſo ſemini: non ei quod eſt ex lege tantū, uerū etiā ei quod eſt

ex

ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν. καθὼς γέγραπται, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, κατέναντι, οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν κατὰ τὸ εἰρημένον. οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας, εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ, καὶ πληροφορηθείς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

ια δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

ιβ ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν, ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθ-

ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum: sicut scriptum est: Patrem multarũ gentium constitui te. nimirũ ad exemplum dei cui crediderat, q uitæ restituit mortuos: ac uocat ea quæ non sunt, tãquam sint: qui præter spem sub spe credidit, se fore patrẽ multarũ gentiũ: iuxta id quod dictum est: Sic erit semen tuũ. Ac non infirmatus fide, haud considerauit suum ipsius corpus iam emortuũ, quum centum ferè natus esset annos, nec emortuã uuluam Saræ: uerum ad promissionẽ dei non hæsitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuẽs gloriam deo: certa persuasione concepta, ϕ is qui promiserat, idem potens esset & præstare. Quapropter etiam imputatum est illi ad iustitiam. Non scriptum est aũt propter illum tãtum, imputatũ fuisse illi, sed etiam propter nos, quibus imputabitur, credentibus in eum qui excitauit Iesum dominum nostrũ à mortuis, qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum, per dominum nostrũ Iesum Christum: per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ dei. Nec id solum, uerum etiam gloriamur super afflictionibus, scientes ϕ afflictio patientiam pariat, patientia uero probationem, probatio autem spem. Porrò spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris, per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Christus enim, quũ adhuc essemus infirmi, iuxta temporis rationẽ, pro impijs mortuus est. Nam uix pro iusto quisquam morietur. Siquidẽ pro bono forsitã aliquis etiam mori sustinet. Commendat autem suam charitatem erga nos deus, quod quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eũ ab ira. Nam si quũ inimici essemus, recõciliati fuimus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per uitam ipsius. Non solũ autem hoc, uerum etiam gloriantes in deo per dominũ nostrum Iesum Christũ, per quem nunc reconciliationẽ assequuti sumus. Propterea, quemadmodũ per unum hominem peccatum in mundum introijt, ac per peccatũ mors, & sic in omnes homines mors pervasit

θῃ, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου.

ιγ ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.

ιδ ἀλλ᾽ οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. καὶ οὐχ ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ χριστοῦ. ἄρα οὖν ὡς δι᾽ ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι᾽ ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτως καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ.

τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;

ιϛ ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη χριστὸς ἐκ νεκρῶν, διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ὑσόμεθα. τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. ὁ γὰρ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ. εἰδότες ὅτι χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. ὃ γὰρ

uàsit, quatenus omnes peccauimus. Vsque ad legem enim peccatū erat in mundo: porrò peccatum non imputatur, quum non est lex. Imò regnauit mors ab Adā usq; ad Mosen, in eos quoq; qui non peccauerant ad similitudinem trāsgressionis Adam, qui typum gerit illius futuri. At non ut peccatum, ita & donum. Nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum per gratiā, quæ fuit unius hominis Iesu Christi, in multos exuberauit. Et nō sicut per unum qui peccauerat, uenerat mors, ita donum. Nam condēnatio quidem ex uno delicto ad cōdemnationem, donum aūt ex multis delictis ad iustificationē. Etenim si per unius delictū mors regnauit per unum, multo magis ij qui exuberantiā gratiæ & doni iustitiæ accipiunt, per uitam regnabūt autore uno Iesu Christo. Itaq; sicut per unius delictum propagatū est malum in omnes homines ad cōdemnationem, ita & per unius iustificationē propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem uitæ. Quemadmodū enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti fuimus multi: ita per obedientiam unius, iusti constituētur multi. Cæterum lex obiter subijt, ut abūdaret delictum. Vbi uero exuberauit peccatū, ibi magis exuberauit gratia: ut quemadmodū regnauerat peccatum in morte, sic & gratia regnaret per iustitiā ad uitam æternam, per Iesum Christum.

VI Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumꝰ peccato, quomodo posthac uiuemus in eodem? An ignoratis, q quicunq; baptizati sumus in Christū Iesum, in mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus unà cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nam si insititij facti sumus illi, per similitudinē mortis eius: nimirū & resurrectionis participes erimus: illud sciētes, q uetus ille noster homo cum illo crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut posthac non seruiamus peccato. Et enim qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quòd si mortui sumus cum Christo, credimus q & uiuemus cum illo. Scientes q Christus excitatus à mortuis, nō amplius moritur: mors illi non amplius dominatur.

Nam

ὁ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφ' ἅπαξ. ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ. οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς, νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

12 μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν, ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν, ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ. ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει. οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν. τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ὐμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο. οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ, εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω καὶ νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ, εἰς ἁγιασμόν. ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος. νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος, ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

eũ omnes populi. Et rurſum Heſaias dicit: Erit radix leſſe, & qui exurget ad imperandum gentibus: in eo gentes ſperabũt. Deus aũt ſpei impleat uos omni gaudio & pace, in credendo in hoc ut exuberetis in ſpe per potentiã ſpiritus ſancti. Perſuaſũ enim habeo fratres mei, & ipſe ego de uobis, ꝙ & ipſi pleni eſtis bonitate, impleti omni ſcientia, ualentes etiam inuicem alius aliũ admonere. Sed tamen audacius ſcripſi uobis fratres ex parte, ueluti cõmonefaciẽs uos, propter gratiam quę data eſt mihi à deo, in hoc ut ſim miniſter leſu Chriſti in gẽtes, adminiſtrans euangeliũ dei, ut fiat oblatio gẽtium acceptabilis, ſanctificata per ſpiritũ ſanctũ. Habeo igitur quod glorier per Chriſtum Ieſum, in his quæ ad deũ pertinẽt. Non enim auſim loqui quicq̃ eorum, quæ non effecit Chriſtus per me, in obedientiã gentiũ, uerbo & facto per potentiã ſignorum ac prodigiorum, per potentiã ſpiritus dei, ut ab Hieruſalẽ & in circũiacẽtibus regionibus uſq; ad Illyricum impleuerim euãgeliũ Chriſti: ita porrò annitens prædicare euãgeliũ, non ubi nominatus erat Chriſtus, ut ne ſup alienum fundamentũ ædificarem, ſed quemadmodũ ſcriptum eſt: Quibus non eſt annunciatum de eo, uidebũt, & qui non audierãt, intelligent. Quapropter & prępeditus ſum ſæpe, quo minus uenirẽ ad uos. Nunc uero quum nõ amplius habeam locum in regionibus his, deſiderium aũt habeam ueniẽdi ad uos multis iam annis, quandocunq; iter inſtituero in Hiſpaniã, ueniam ad uos. Spero enim fore, ut iſtac iter faciens, uideã uos, & à uobis producar illuc, ſi tamẽ ueſtra conſuetudine prius ex parte fuero expletus. Nunc aũt proficiſcor Hieroſolymam, miniſtrans ſanctis. Viſum eſt enim Macedoniæ & Achaiæ, cõmunicationem aliquam facere in pauperes ſanctos, qui ſunt Hieroſolymis. Nam ita uiſum eſt ipſis, & debitores illorum ſunt. Etenim ſi ſpiritualia ſua cõmunicauerunt gentibus, debent & hæ in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igit̃ ubi perfecero, & obſignauero illis fructũ hunc, reuertar per uos in Hiſpaniã. Scio nãq; ꝙ ubi uenero ad uos, cum plenitudine benedictionis euãgelij Chriſti uenturus ſim. Obſecro aũt uos fratres per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & per dilectionẽ ſpiritus, ut me laborantẽ adiuuetis, precationibus pro me

ad

πρὸς

πῶς τὸν θεὸν, ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πῶς ὑμᾶς, διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης, μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

συνίστημι δὲ ἡμῖν φοίβην, τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν κεγχρεαῖς, ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι. καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐγένηθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. ἀσπάσασθε πρίσκαν καὶ ἀκύλαν, τοὺς συνεργούς μου ἐν χριστῷ ἰησοῦ, οἵ τινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν. οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. ἀσπάσασθε ἐπαινετὸν τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας ἐν χριστῷ. ἀσπάσασθε μαριὰμ, ἥ τις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. ἀσπάσασθε ἀνδρόνικον καὶ ἰουνίαν, τοὺς συγγενεῖς μου, καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵ τινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν χριστῷ. ἀσπάσασθε ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ. ἀσπάσασθε οὐρβανὸν, τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν χριστῷ, καὶ στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου. ἀσπάσασθε ἀπελλῆν, τὸν δόκιμον ἐν χριστῷ. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν ἀριστοβούλου. ἀσπάσασθε ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν ναρκίσσου τοὺς ὄντας ἐν κυρίῳ. ἀσπάσασθε τρύφαιναν καὶ τρυφῶσαν, τὰς κοπιῶσας ἐν κυρίῳ. ἀσπάσασθε περσίδα τὴν ἀγαπητὴν, ἥ τις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν κυρίῳ. ἀσπάσασθε ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. ἀσπάσασθε ἀσύγκριτον, φλέγοντα, ἑρμᾶν, πατρόβαν, ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς. ἀσπάσασθε φιλόλογον καὶ ἰουλίαν, νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ χριστοῦ. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας, καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, τῷ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας, καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν. θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν

ad deum, ut liberer ab incredulis in Iudæa, utq; ministerium hoc meum, quod exhibebo Hierosolymis, acceptum sit sanctis, ut cum gaudio ueniam ad uos, per uoluntatem dei, unaq; uobiscum refociller. Deus autē pacis, sit cum omnibus uobis. Amen.

XVI Commendo autem uobis Phœben, sororem nostram, quæ est ministra ecclesiæ Cenchreensis, ut illam suscipiatis in Christo, ita ut decet sanctos, & adsitis ei, in quocunque uobis eguerit negocio: nam hæc quum multis adfuit, tum mihi etiam ipsi. Salutate Priscam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem supposuerunt: quibus nō ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentiū, item quæ in domo illorum est congregationem. Salutate Epænetum dilectum meum, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit erga nos. Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos meos & concaptiuos meos, qui sunt insignes inter apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliam, dilectū meum in domino. Salutate Vrbanum, adiutorem nostrum in Christo, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellam, probatū in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Herodionem, cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi familiarib⁹, hos qui sunt in domino. Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidem dilectam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum, electum in domino, & matrē illius ac meam. Salutate Asyncritū, Phlegōtem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum his sunt fratres. Salutate Philologū & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate uos inuicem cum osculo sancto. Salutant uos ecclesiæ Christi. Obsecro autem uos fratres, ut consideretis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinam quam uos didicistis, gignunt, & declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi sunt, domino Iesu Christo nō seruiunt, sed suo uentri: & per blādiloquentiam & assentationem decipiunt corda simplicium. Nam uestra obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sanè de uobis. Sed uolo uos sapientes quidem esse ad bonum

θὸμ, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν, ἐν τάχει. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μετ' ὑμῶν. ἀσπάζονται ὑμᾶς τιμόθεος ὁ συνεργός μου, καὶ λούκιος, καὶ ἰάσων, καὶ σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μου. ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ. ἀσπάζεται ὑμᾶς γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἔραστος, ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ κούαρτος ὁ ἀδελφός. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, μετὰ πάντων ἡμῶν. ἀμήν.

τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, καὶ τὸ κήρυγμα ἰησοῦ χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος, μόνῳ σοφῷ θεῷ, διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

num, synceros autem ad malum. Deus autem pacis conteret satanam sub pedes uestros, breui. Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum. Salutant uos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat uos Gaius hospes meus & ecclesiæ totius. Salutat uos Erastus quæstor ærarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit cum omnibus uobis. Amen. Ei autem qui potens est uos confirmare secundum euangelium meum, & præconiũ Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti, manifestati uero nunc, & per scripturas propheticas iuxta delegationem æterni dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, soli sapienti deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula. Amen.

πρὸς τοὺς ῥωμαίους.

ἐγράφη ἀπὸ κορίνθου διὰ φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

Ad Romanos.

Missa fuit à Corintho per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑΥΤΗΝ ΕΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ΑΠΟ ΕΦΕΣΟΥ ΠΛΑΣΙΑΣ, ΕΩΡΑΚΩΣ ΑΥΤΟΥ ΗΔΗ ΚΑΙ ΔΙΔΑΞΑΣ, ΥΠΟΜΙΜΝΗΣΚΩΝ ΔΕ ΟΜΩΣ ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΑΥΤΗΣ. Η ΔΕ ΠΡΟΦΑΣΙΣ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΑΥΤΗ. ΚΟΡΙΝΘΟΙ ΕΚ ΦΙΛΟΝΙΚΙΑΣ ΣΥΝΑΓΟΜΕΝΟΙ, ΟΥΚ ΙΖΟΝΤΟ ΤΑΙΣ ΓΝΩΜΑΙΣ, ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΝ ΗΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΣΧΙΣΜΑΤΑ. ΚΑΙ ΟΝΤΩΝ ΣΧΙΣΜΑΤΩΝ ΠΑΡΕΒΛΕΠΟΝΤΟ ΤΟΝ ΛΑΒΟΝΤΑ ΤΗΝ ΜΗΤΡΩΑΝ. ΑΛΛΟΙ ΔΕ ΗΘΕΛΟΝ ΚΑΤΑΛΙΜΠΑΝΕΙΝ ΤΑΣ ΙΔΙΑΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ, ΠΡΟΦΑΣΕΙ ΤΗΣ ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΣ. ΤΙΝΕΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΕΙΔΩΛΕΙΟΙΣ ΗΣΘΙΟΝ, ΩΣ ΑΔΙΑΦΟΡΩΝ ΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΘΥΤΩΝ. ΑΛΛΟΙ ΔΕ ΟΥ ΜΟΝ ΑΛΛΟΥΣ ΕΞΟΥΘΕΝΟΥΝ, ΑΥΤΟΥΣ ΔΕ ΛΑΛΟΥΝΤΑΣ ΓΛΩΣΣΑΙΣ ΕΘΑΥΜΑΖΟΝ. ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ ΗΝΑΓΚΑΣΤΩΝΤΟ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ, ΛΕΓΟΝΤΟΣ, ΜΗ ΕΓΕΙΡΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΣΑΡΚΑ ΤΑΥΤΗΝ. ΤΟΥΤΟΥ ΠΑΝΤΩΝ ΕΝ ΚΟΡΙΝΘΩ ΚΑΙΝΟΥΜΕΝΩΝ, ΓΡΑΦΟΥΣΙΝ ΟΙ ΛΑΟΙ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΩ. ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΝ ΠΡΟΣ ΠΑΝΤΑ ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΙ. ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΜΑΡΤΥΡΕΙ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝ ΦΡΟΝΗΣΕΙ ΓΝΩΣΕΙ. ΟΥΚ ΑΠΕΔΕΧΕΤΟ ΔΕ ΑΥΤΟΥΣ ΠΟΙΟΥΝΤΑΣ ΤΑ ΣΧΙΣΜΑΤΑ, ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΕΙ ΜΗ ΕΝ ΛΟΓΩ ΤΩΙ ΑΡΙΣΤΕΙ, ΑΛΛ' ΕΝ ΕΡΓΩ ΚΑΙ ΔΙΩΚΕΙΝ ΗΓΕΙΣΘΑΙ. ΕΠΕΙΤΑ ΩΝΕΙΔΙΣΑΣ ΤΟΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΩΑΣ ΛΑΒΟΝΤΑ, ΚΑΙ ΠΑΡΑΙΝΕΣΑΣ ΜΗ ΕΧΕΙΝ ΜΕΡΙΜΝΑΣ ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥΣ, ΛΟΙΠΟΝ ΠΕΡΙ ΩΝ ΕΓΡΑΨΕΝ ΑΠΕΚΕΙΝΕΤΟ, ΠΕΡΙ ΜΕΝ ΤΟΥ ΓΑΜΟΥ ΔΙΔΑΣΚΩΝ ΑΞΙΟΝ ΕΙΝ ΤΗΝ ΣΥΖΥΓΙΑΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΚΑΙΡΩ ΜΟΝΩ ΣΧΟΛΑΖΕΙΝ ΔΙΑ ΤΗΝ ΟΥΧΗΝ. ΔΙΑ ΔΕ ΤΟ ΑΓΑΠΩΣΑΝ ΑΥΤΟΥΣ ΤΗΝ ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΝ, ΓΡΑΦΕΙ ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ, ΟΤΙ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΑΝΑΓΚΗΝ, ΑΛΛΑ ΘΕΛΟΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΓΙΝΕΣΘΑΙ. ΕΙΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΘΥΤΩΝ, ΙΝΑ ΜΗ ΚΑΤΑΧΩΝΤΑΙ ΤΗ ΓΝΩΣΕΙ, ΑΛΛΑ ΤΗ ΑΓΑΠΗ ΠΟΛΙΤΕΥΩΝΤΑΙ. ΛΥΩΛΥΕΙ ΟΥΝ ΤΑ ΜΕΝ ΕΙΔΩΛΕΙΑ ΣΥΜΠΟΣΙΑ, ΙΝΑ ΜΗ ΣΚΑΝΔΑΛΙΖΩΝΤΑΙ ΟΙ ΜΑΚΡΟΙ. ΕΙΤΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΩΝΟΥΜΑΤΙΚΩΝ ΧΑΙΣΜΑΤΩΝ ΓΡΑΦΕΙ, ΙΝΑ ΜΗ ΔΙΑΦΘΕΙΡΩΝΤΑΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΧΑΙΣΜΑΣΙ, ΜΗΔΕ ΠΡΟΚΕΙΝΑΣΙ ΤΟΝ ΕΧΟΝΤΑ ΧΑΙΣΜΑ ΠΟΔΕ, ΤΟΝ ΕΧΟΝΤΑ ΠΟΔΕ. ΠΑΝΤΑ ΓΑΡ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΩΝΟΥΜΑΤΙ ΚΑΛΕΙ ΛΕΓΕΙ. ΚΑΙ ΛΟΙΠΟΝ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΔΙΔΑΣΚΕΙ, ΟΤΙ Η ΣΑΡΞ ΕΓΕΙΡΕΤΑΙ, ΑΡΘΗΝΙΣΚΟΥΣΑ ΜΕΝ ΣΑΡΚΙ, ΕΓΕΙΡΟΜΕΝΗ ΔΕ ΑΦΘΑΡΤΟΣ ΤΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΧΑΡΙΤΙ. ΤΗΝ ΔΕ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ, ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΓΗΓΟΡΘΑΙ ΤΟΝ ΧΡΙΣΤΟΝ, ΣΤΗΡΙΖΕΙ. ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ, ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΕΙΣ ΤΑ ΗΘΗ ΓΡΑΦΕΙ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΛΟΓΙΑΣ ΦΗΣΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΕΙ, ΚΑΙ ΟΤΩΣ ΤΕΛΕΙΟΙ ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIOREM argumentum per Des. Eraſmum Roterodamum.

CORinthus Achaiæ metropolis olim erat, ob portuum cõmoditatem, eſt enim Iſthmos emporium totius Achaiæ tum celeberrimum tum opulẽtiſsimum. Ferè fit autem ut eiuſmodi ciuitatum mores multo ſint corruptiſsimi, quòd undiq; ex omni natione, nõ tam mores quàm uitia ſoleant importari: & magnam uitæ licentiam, negociatorum genus ſibi uindicat. Proinde Corinthij, tametſi prædicatione Pauli iampridem euangelicã doctrinam accepiſſent, tamen adhuc ingenij uitæq; prioris ueſtigia nonnulla ac reliquiæ manebant: adeo ut periculum eſſet, ne per philoſophos, crucis prædicationẽ, ut humilem & indoctam faſtidientes, & pſeudapoſtolos ad Iudaiſmum inuitantes, à Chriſti ſyncerítate alienarentur. Vſque adeo ardua res eſt, ab ijs in quibus natus ſis & quibus diu aſſueueris, in alium hominem transformari. Quin diuus Hieronymus in præfatione ſecundi libri Commentariorum, quos ſcripſit in epiſtolam ad Galatas, teſtatur, ſua etiamnum ætate apud Achaicos, horum quæ Paulus Corinthijs obijcit, extitiſſe reliquias. Quum hodie ſatis eſſe putemus, aquula modo tingi, ut ſubito fias Chriſtianus. Paulus igitur ſciens, non minoris eſſe uirtutis parta tueri, quàm paraſſe: filios ſuos, quos magno ſtudio Chriſto genuerat, nam ſeſquiannum apud illos egerat, pari ſtudio ad Chriſtum reuocat, & in euangelica doctrina confirmat: nunc apoſtolica ſæuiens autoritate, corripiens, obiurgans, ac minitans denique: nunc paterno affectu blandiens atq; exhortans, & neceſſariæ reprehenſionis acrimoniam laudis admixtu leniens: & ſapiẽtum medicorum exemplo, amarum abſinthij pharmacum prælito melle condulcans, ac ſingulis malis opportuna admouens remedia. Primum, opulentiæ comes ſolet eſſe tumor ac ferocitas: & inter feroces plerũq; factiones oriuntur, dum nullus alteri uult cedere, & ſe quiſq; potiorem ducit. Ad hęc opes comitatur luxus & gulæ ſtudium, luxus libidinem comitem trahit. Porrò negociatorũ peculiaris eſt auaritia. Nec; uero ſolum tumebant opibus, uerum etiam Græcanicæ philoſophiæ ſupercilio, ſine qua cæteros ut barbaros deſpiciebant. Tumoris erat, quòd ex dignitate apoſtolorum, à quo quiſq;

quisque fuerat baptizatus,efferrent sese. Hinc illæ dissidiorum uoces:Ego Apollo:ego Cephæ:ego Pauli. Præterea quòd ne in conuenticulis quidem solennibus satis inter eos conueniret,quum in donis spiritualibus sibi quisque placeret:& dum in eodem dono sibi nollent inuicem cedere,tumultus & confusio nasceretur, adeo ut in publico conuentu,mulieres etiam loquerentur ac docerent. Porrò luxus simul & tumoris erat,quòd quoties ad sacrosanctam cœnam conuenirent,quam Paulus dominicam uocat,in qua maxime conueniebat præstare Christianam concordiam,diuites non expectatis tenuioribus cibum caperent,& usque ad temulentiam sese ingurgitarent,esurientibus cæteris:ut iam non solum dissidium illic esset & intemperantia,uerum etiam indecora quædam inæqualitas, quam dominica cœna nesciebat. Iam partim tumoris, partim philosophię uitium erat, ꝙ Paulum quidam illorum,ut tenuem atq; humilem,deinde ineloquentem & imperitum,fastidirent. Proprium uero philosophiæ fuit, ꝙ resurrectionem mortuorum,fidei nostræ basim,in dubium uocarent. Luxus erat,ꝙ promiscue uescerentur ijs,quæ tum simulachris dæmonum immolabantur,non uitato offendiculo infirmorum. Libidinis erat,quæ nusquam gentium regnabat impunitius quàm Corinthi:quòd præter alia repertus sit inter eos,qui patris uxorem,hoc est nouercam suam,stupro contaminarit:nec huius autorem flagitij è suo contubernio profligarint:quodq; cum alijs flagitiosis Christianis commercium habuerint,uelut illorum uitijs fauentes. Huc pertinet,quòd præter decorum & uiri essent comati,& mulieres non uererentur nudo capite conspici in cœtu ecclesiastico,uelut ipso corporis habitu mores effœminatos,ac delicias præ se ferentes. Auaritiæ erat,quòd non de fama, neque de capite,sed de re pecuniaria inter sese lites agitarent,eò glisscente pecuniæ studio,ut Christiani rerum eiusmodi cõtemptum professi,apud ethnicos & impios iudices litigarent magno dedecore Christiani nominis. Et adeo non negligerent potius pecuniolæ iacturam,ut ipsi ultro alios in huiusmodi negocijs circumuenirent. Postremo de matrimonio inter sese dissentiebant,iam tum asseuerantibus quibusdam Christianis,in totum à coniugio temperandum,quum uiderent apostolos ab uxoribus suis abstinere. Morbos ostendi Corinthiorum,non omnium,sed quorundam: qui ne gregem uniuersum contagio inficerent,Paulus his remedijs occurrit. Primo loco præfatus fiduciam suam de futura illorum constantia in euangelio Christi,seuerius obiurgat,ac docet:ne per contentionem humanam in hominibus glorientur,sed per concordiam ex æquo glorientur in Christo:cui uni accepta ferenda sunt omnia,obiter indicans fontem eiusmodi dissidiorum,animi tumorem esse. Proinde à supercilio mundanæ philosophiæ ad crucis humilitatem reuocat:quæ licet ostentationem non habeat,uim tamen & energiam habet. Indicat & autores huius mali pseudapostolos, qui post Pauli obitum sese ingerebant, declarans se rectum iecisse fundamentũ,cauendum ne illi superstruerent quod paulopost esset demoliendum:hoc est,ne quid discerent Corinthij,quod mox esset dediscendum. Deinde ceu pater quum filijs expostulat,quòd huc prouecti sint magnitudinis,ut iam autorem suum uelut humilem,contemnant,nihil non perpetientem euangelij gratia,cui ob id ipsum magis etiam fauere conueniebat. Hortatur autem filios,ne degenerent à patre,neu ultro se pædagogis in seruitutem dedant. Atque hæc quidem potissimũ agit capite primo,secundo,tertio,& quarto. Porrò quarti finis ad quinti initium mihi uidetur pertinere. De incesto præcipit,& publico consilio decernit,uitãdam hominis cõsuetudinem,partim quo pudore correctus resipiscat,partim ne huius contactu cæteri inficiantur. Admonet autem non hunc modo uitandum,uerum etiam omnes qui falso titulo Christiani manifestis flagitijs essent infames. Nam ethnicos flagitiosos non ita oportere uitari,uel quòd nostra non referat,quales illi sint:uel quòd passim essent flagitiosi,ut omnes uitandi fuerint ei,qui flagitiosos uellet effugere. Hæc agit capite quinto. Tertio de litibus admonet,si quid huiusmodi quæstionum inter ipsos natum esset,quòd ipsum tamen inter Christianos fœdum uideretur,ob pecuniam,quæ nobis debeat esse uilissima, contendere:ne res eò procedat,ut ethnici iudices adeantur,sed ipsi per arbitros quoscunq; rem inter se transigant. Idq; agit capite sexto,cuius magna pars ad septimum pertinet,mea quidem sententia:nimirum ab eo loco,quo de matrimonio tractaturus,inter cætera uitia scortationem,adulterium,& masculam Venerem damnat: idq; prosequitur sub initium

proximi capitis:Nescitis quòd membra uestra templa sunt Christi? Quarto loco præcipit de matrimonio,de uiduitate,de impari connubio,de diuortijs, de uirginitate:obiter admonens,ob susceptum Christianismum non esse mutandum uitæ statum. Totoq; hoc sermone ita hortatur ad cœlibatum,& continentiam,ut tamen coniugij remedium non adimat ijs,quibus opus est.Hoc agitur capite septimo. Quinto docet,carnes immolatas simulacris,re nihil differre à cæteris carnibus:& tamen ab his abstinendum,si periculum sit, ne quis ethnicus, aut Christianus infirmior,ex eo quod uescris,existimet te simulacrorũ assentiri culturæ. Ab his & huiusmodi uitijs ueterum exemplo deterret. Idq; agit capite octauo,ac rursus capite nono.Nam in medio expatiatur in commendationem sui,tacite se præferens cæteris apostolis etiam summis,qui solus omnium Corinthijs gratis impartierit doctrinam euangelicam. Sexto docet,quid oporteat obseruari in conuentu publico Christianorum,ne uiri sint comati,ne mulieres nudo capillitio,tum in dominico conuiuio seruetur communitas & æqualitas:neq; enim illic agi negocium uentris,quod domi rectius agatur,sed mysticis epulis repræsentari cœnam dominicam. Præterea monet,ne quis ob dotem spiritualem sibi placeat,sed suam quisq; dotem in commune conferat commodum, exemplo membrorum corporis,exhortans,ut reliquis quidem donis quæ contigerunt,recte utantur,præcipue tamen enitantur ad charitatem,sine qua reliqua adeo nihil conducant,ut officiãt etiam.Porrò quum charitati primas tribuerit,proximas tribuit prophetiæ, sic enim uocat enarrationem arcanæ scripturæ.In hac admonet uitandum esse tumultum & confusionem.Id fore,si uicissim & pauci dicant,mulieribus interim silere iussis,adeo ut nec discendi gratia rogare liceat in cœtu.Hæc agit capite undecimo,duodecimo,decimotertio & decimoquarto.Septimo loco uarijs argumentis astruit resurrectionem mortuorum,declarans qualis & quibus modis ea sit futura.Atque id quidem capite decimoquinto. Postremo capite familiaria quædam subijcit,de collatione pecuniæ in subsidia pauperum,de suo ad Corinthios reditu.Postremo Timotheum & alios aliquot illis commendat.

Diuus Ambrosius putat hanc non esse primam epistolam,quam Paulus scripserit Corinthijs:hanc opinor coniecturam sequutus,quòd capite quinto : Scripsi,inquit,uobis in epistola.quasi prius alteris literis super hac re ad illos scripserit.Etiam si Græci interpretes dissentiunt.Hanc missam putant per Timotheum,cuius semel atq; iterum facit mentionem, simulq; per Stephanam,Fortunatum & Achaicum,quos illis commendat.Rursus alij putant ab Epheso missam,quòd in calce scribat:Permanebo autem Ephesi usque ad pentecosten.Alij è Philippis,nam hanc inscriptionem habent Græcorum codices.Nec mihi coniectare licet,quid sequuti sint,qui ita senserunt,nisi colligunt ex itinere scriptam,ob ea quæ scribit Paulus:ueniam autem quum Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam pertransibo.Ac mox:Nolo enim uos modo in transitu uidere.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗ

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA

ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ καὶ σωσθένης ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν χριστῷ ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ, τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει, καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους, ἀνεγκλήτους, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. πιστὸς ὁ θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

B παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

Γ ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι. λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει. ἐγὼ μέν εἰμι παύλου, ἐγὼ δὲ ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ κηφᾶ, ἐγὼ δὲ χριστοῦ. μεμέρισται ὁ χριστός; μὴ παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβαπτίσθητε; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ κρίσπον καὶ γάϊον, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα. ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν στεφανᾶ οἶκον. λοιπὸν οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.

Δ οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ.

E ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις, μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σῳζομένοις ἡμῖν, δυνάμις θεοῦ ἐστι.

Ϛ γέγραπται γάρ. ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; ἐπειδὴ γὰρ

PAVLVS uocatus apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem dei, & Soſthenes frater, eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis per Chriſtū Ieſum, uocatis ſanctis, unà cū omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, in quouis loco uel ſuo uel noſtro: gratia uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias ago deo meo ſemp pro uobis, de gratia dei quæ data eſt uobis per Chriſtum Ieſum, ꝙ in omnibus ditati eſtis per ipſum, in omni ſermone & omni cognitione: quibus rebus teſtimoniū Ieſu Chriſti confirmatū fuit in uobis, adeo ut non deſtituamini in ullo dono, expectātes reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti: qui & confirmabit uos uſq; ad finē, inculpatos in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis deus, per quem uocati eſtis in conſortium filij ipſius Ieſu Chriſti domini noſtri. Obſecro autē uos fratres, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idem loquamini omnes, & non ſint inter uos diſſidia, ſed ſitis integrum corpus; eadē mente & eadem ſentētia. Significatum eſt enim mihi de uobis fratres mei, à familiaribus Chloæ, ꝙ contentiones ſint inter uos. Dico aūt illud, ꝙ unuſquiſq; ueſtrum dicit: Ego quidē ſum Pauli: ego uero Apollo: ego uero Cephę: ego uero Chriſti. Num diuiſus eſt Chriſtus? num Paulus crucifixus eſt pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati fuiſtis? Gratias ago deo meo, ꝙ neminē ueſtrum baptizauerim, niſi Criſpū & Gaium: ne quis dicat ꝙ in meo nomine baptizauerim. Baptizaui aūt & Stephanæ familiā: præterea haud ſcio, num quem aliū baptizarim. Non enim miſit me Chriſtus ut baptizarē, ſed ut euangelizarē, non erudito ſermone, ne inanis reddatur crux Chriſti. Nam ſermo crucis, ijs quidē qui pereunt, ſtultitia eſt: at nobis qui ſalutē conſequimur, potētia dei eſt. Scriptū eſt enim: Perdam ſapientiā ſapientiū, & intelligentiā intelligentiū reijciam. Vbi ſapiens? ubi ſcriba? ubi diſputator ſeculi huius? Nōne infatuauit deus ſapiētiam mundi huius? Nam

γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν, εὐδόκησεν ὁ θεὸς, διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.
ἐπειδὴ καὶ ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν. ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν χριστὸν ἐσταυρωμένον, ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν. αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, ἰουδαίοις τε καὶ ἕλλησι, χριστὸν θεοῦ δύναμιν, καὶ θεοῦ σοφίαν.

2 ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ. καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά. καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ. ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστὲ, ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, ἵνα καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

1 κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ ἰησοῦν χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ, καὶ ἐν φόβῳ, καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς. καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ.

3 σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐ δὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων, εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ἀλλὰ καθὼς γέγραπται. ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

4 ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦ-

μα

postq̃ in sapientia dei, non cognouit mundus per sapientiã deum, uisum est deo, per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Quandoquidẽ & Iudæi signũ postulãt, & Græci sapientiã quærunt. Nos aũt prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem offendiculũ, Græcis uero stultitiã: sed ipsis uocatis, Iudæis pariter & Græcis, Christum dei potentiã ac dei sapientiã. Quoniã stultitia dei sapientior est q̃ homines, & imbecillitas dei robustior est q̃ homines. Videtis enim uocationẽ uestrã, fratres, q̃ non multi sapiẽtes secundũ carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati: uerũ quæ stulta erant secundũ mundũ, delegit deus, ut pudefaceret sapiẽtes: & quæ erant imbecillia in mũdo, delegit deus, ut pudefaceret ea quæ sunt robusta: & quæ ignobilia erãt in mũdo contẽpta q̃, delegit deus: & ea quę non erant, ut ea quæ sunt, obliteraret: ut ne gloriaretur ulla caro coram ipso. Ex eodẽ aũt uos estis, in Christo Iesu, qui factus fuit nobis sapiẽtia à deo, iustitia q̃ & sanctificatio & redemptio: ut quẽadmodum scriptũ est: Qui gloriatur in domino glorietur. Et ego 11
quum uenirẽ ad uos, fratres, non uenieb̃ cum eminẽtia sermonis aut sapiẽtiæ, annũciãs uobis testimoniũ dei. Non enim me iudicaui quicquam scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Et ego per infirmitatẽ, & cum timore, ac in tremore multo apud uos uersatus sum: & sermo meus, & prædicatio mea, non erat in persuasoriis humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in ostẽsione spiritus ac potentiæ, ut fides uestra non sit in sapientia hominũ, sed in potẽtia dei. Porro sapientiã loquimur inter perfectos: sapientiam aũt non seculi huius, neq; principũ seculi huius qui abolẽtur: sed loquimur sapiẽtiam dei in mysterio, quæ est recõdita, quã præfinierat deus ante secula, in gloriam nostrã, quã nemo principũ seculi huius cognouit: nã si cognouissent, haudquaq̃ dominũ gloriæ crucifixissent: sed quẽadmodũ scriptum est: Quæ oculus nõ uidit, & auris nõ audiuit, & in cor hominis non ascenderũt, quæ præparauit deus diligẽtibus se. No bis aũt deus reuelauit per spiritũ suũ. Spiritus enim omnia scrutat̃, etiã profunditates dei. Quis enim hominũ nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus

μα τοῦ θεοῦ.

ιε ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν χριστοῦ ἔχομεν.

ιϛ καὶ ἐγὼ ἀδελφοί, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν, ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν χριστῷ. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; ὅταν γὰρ λέγῃ τις, ἐγὼ μέν εἰμι παύλου, ἕτερος δὲ ἐγὼ ἀπολλώ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; τίς οὖν ἐστι παῦλος; τίς δὲ ἀπολλώς; ἀλλ' ἢ διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἔδωκεν. ἐγὼ ἐφύτευσα, ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ θεὸς ηὔξανεν. ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεός. ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων, ἓν εἰσιν. ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.

ιϝ θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί. θεοῦ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐστε, κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων, θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν ἰησοῦς χριστός. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. εἴ τινος τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται. εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.

ιϛ οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

ιη μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω. εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. ἡ γὰρ σοφία

ritus dei. Nos uero non ſpiritū mundi accepimus, ſed ſpiritum qui eſt ex deo, ut ſciamus quæ à Chriſto donata ſint nobis, quæ & loqmur, non ſermonibus quos docet humana ſapientia, ſed quos docet ſpiritus ſanctus, ſpiritualibꝰ ſpiritualia cōparātes. Animalis aūt homo nō accipit ea quę ſunt ſpiritus dei: ſtultitia ſiqdē illi ſunt: nec poteſt cognoſcere qꝝ ſpiritualiter dijudicātur. At ſpiritualis dijudicat qdē omnia: ipſe uero à nemine dijudicaſ. Quis em̄ cognouit mētem domini, qui cōſiliū daturus ſit illi? Nos aūt mentē Chriſti tenemꝰ. Et ego, fratres, nō potui loqui uobis ut ſpiritualibꝰ, ſed loquēdum fuit ut carnalibus, ut infantibꝰ in Chriſto. Lactis potu uos alui, & nō cibo: nondū enim poteratis, imò ne nūc quidē adhuc poteſtis, nā adhuc carnales eſtis: ſiquidē quū in uobis ſit æmulatio & contētio & factiones, nōne carnales eſtis, & ſecūdū hominē ambulatis? Etenim quū dicat aliqs, Ego quidem ſum Pauli: alter uero, ego Apollo: nónne carnales eſtis? Quis igiť eſt Paulus? qs aūt Apollo, niſi miniſtri p̄ quos credidiſtis, & ut cuiqꝫ dns dedit? Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deꝰ dedit incremētū. Itaqꝫ neqꝫ qui plātat, eſt aliqd, neqꝫ qui rigat, ſed q dat incrementū, deus: cæterū is qui plātat, & is qui rigat, unū ſunt: unuſqſqꝫ tamē ſuā mercedē accipiet, iuxta ſuū laborē. Etem̄ dei ſumus cooperarij, dei agricolatio, dei ædificatio eſtis, iuxta gratiā dei quæ data eſt mihi. Vt ſapiēs architectus fundamētū poſui, alius aūt ſup̄ illud ædificat. Porrò quiſqꝫ uideat quomodo ſup̄ſtruat. Nam fundamētū aliud nemo poteſt ponere, p̄ter hoc quod poſitū eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus. Quòd ſi quis ſup̄ſtruit ſup̄ fundamētū hoc, aurū, argentū, lapides precioſos, ligna, fœnū, ſtipulam, cuiuſqꝫ opus manifeſtū fiet. Dies em̄ declarabit, quod in igne reuelaī: & cuiuſqꝫ opus quale ſit, ignis probabit. Si cuiꝰ opus mānſerit quod ſup̄ſtruxit, mercedē accipiet: ſi cuius opus exuſtū fuerit, damnum patietur, ipſe uero ſaluus fiet, ſed ſic tāquam per ignem. An neſcitis qꝫ templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Si quis templū dei prophanat, hunc perdet deus. Nam templum dei ſanctum eſt, quod eſtis uos.

Ne quis ſeipſum fallat. Si quis ſibi uidetur ſapiens eſſe inter uos, in ſeculo hoc ſtultus fiat, ut reddatur ſapiens. Etenim ſa-

Φία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστι. γέγραπται γάρ. ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. καὶ πάλιν. κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

ις ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις. πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν, εἴτε παῦλος, εἴτε ἀπολλῶς, εἴτε κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα, πάντα ὑμῶν ἐστιν, ὑμεῖς δὲ χριστοῦ, χριστὸς δὲ θεοῦ.

ις οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ. ὧδε λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω. οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ὁ δὲ ἀνακρίνων με, κύριός ἐστιν. ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος. ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

ις ταῦτα δὲ ἀδελφοὶ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν, καὶ ἀπολλῶ, δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε, τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ, εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβών; ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε, χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

ις δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ θεὸς ἡμᾶς, τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους, ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. ἡμεῖς μωροὶ διὰ χριστὸν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν χριστῷ. ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί. ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι. ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί. λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν. διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα. βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.

κ ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. ἐν γὰρ χριστῷ ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

κα παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε. διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν τιμόθεον, ὅς ἐστί τέκνον μου ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς

pientia mundi huius, stultitia est apud deū. Scriptū est enim: Qui comprehēdit sapientes in astutia ipsorum. Et rursum: Dominus nouit cogitationes sapiētium, q̄ sint uanæ.

Itaq; ne quis glorietur in hominibus, omnia nāq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia inquam uestra sunt, uos aūt Christi, Christus uero dei. Sic nos æstimet homo, ut minis- 1111
stros Christi, & dispēsatores mysteriorum dei: quod supest aūt, illud requiritur in dispensatorib⁹, ut fidus aliq̄s reperiat̄. Mihi uero pro minimo est, ut à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio: imò nec meipsū dijudico. Nullius em̄ rei mihi cōscius sum, sed nō per hoc iustificat⁹ sum: cæterū qui me iudicat, domin⁹ est. Proinde ne ante tēpus quicq̄ iudicetis, donec uenerit dn̄s qui & illustraturus est occulta tenebrarū, & patefaciet consilia cordiū, ac tunc laus erit unicuiq; à deo.

Hæc aūt fratres per figurā trāstuli in meipsum & in Apollo, ꝓpter uos, ut in nobis disceretis, ne q̄s supra id quod scriptū est, de se sentiat: ut ne, hic illi⁹, ille hui⁹ nomine inflemini alius aduersus aliū. Quis em̄ te dijudicat? Quid aūt habes, qd̄ non accepisti? Qd̄ si etiā accepisti, qd gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iā ditati estis, absq; nobis regnū adepti estis: atq; utinā sanè adepti sitis, ut & nos simul uobiscū regnem⁹.

Arbitror em̄ q̄ deus, nos q̄ sumus apostoli postremi, ostenderit tanq̄ morti addictos: quoniā spectaculū facti sumus mūdo & angelis & hominib⁹: nos stulti, ꝓpter Christū, uos aūt prudentes per Christū: nos imbecilles, uos aūt ualidi: uos clari, nos cōtēpti. Ad hoc usq; tēpus & esurim⁹ & sitimus & nudi sum⁹ & colaphis cædimur & incertis uagamur sedibus & laboramus operātes propriis manib⁹: male audiētes, benedicimus: pſequutionē patiētes, sustinemus: cōuitijs affecti, obsecramus: ueluti excremēta mūdi facti sum⁹, omniū reiectamētū ad hūc usq; diē. Non quo uos pudore suffundā, hęc scribo: sed ut filios meos dilectos admoneo. Nā etiā si innumeros pædagogos habeatis in Christo, nō multos tn̄ habetis patres. Siq̄dē in Christo Iesu, ꝑ euāgeliū ego uos genui.

Adhortor itaq; uos, ut imitatores mei sitis. Hac de causa misi uobis Timotheū, qui est filius meus dilect⁹, & fidelis in domino, qui

δς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου, τὰς ἐν χριστῷ. καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω. ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες. ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει. τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραΰτητος;

κβ ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν, καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν, ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

κγ ἐγὼ μὲν γὰρ, ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, τὸν οὕτως τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ.

κδ οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθὼς ἐστὲ ἄζυμοι. καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη χριστός. ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

κε ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; τοὺς δὲ ἔξω ὁ θεὸς κρίνει. καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν, ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

κς τολμᾷ τις ὑμῶν πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων; οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι. καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά; βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξου-

qui uobis in memoriam reducet uias meas quæ sunt in Christo, quẽadmodũ ubicq; in omni ecclesia doceo. Perinde quasi nõ sim uenturus ad uos, inflati sunt quidã. Sed ueniam breui ad uos, si dominus uoluerit, & cognoscam nõ sermonẽ istorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum est dei, sed in uirtute. Quid uultis? Cum uirga uenio ad uos, an cum charitate & spiritu lenitatis? Omnino auditũ inter uos stuprum, & huiusmodi stuprum quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati estis, ac nõ potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrũ, qui facinus hoc perpetrasset. Nam ego quidem, ut absens corpore, præsens aũt spiritu, iam decreui tãquam præsens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine domini nostri Iesu Christi, cõgregatis uobis & meo spiritu, unà cum potestate domini nostri Iesu Christi, tradatur satanę ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Non est bona gloriatio uestra. An nescitis q̃ pauIulum fermenti totam conspersionẽ fermẽtat? Expurgate itaq; uetus fermẽtũ, ut sitis noua conspersio, sicut estis infermẽtati. Nã & pascha nostrũ pro nobis immolatus est Christus. Itaq; festũ celebremus, non in fermento ueteri, nec in fermento maliciæ & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & ueritate. Scripsi uobis per epistolam: Ne cõmisceremini cum scortatoribus: ac non omnino cũ scortatoribus mundi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut simulacrorum cultoribus. Alioqui utinã uidelicet è mundo exissetis. Nunc aũt scripsi uobis, ne cõmisceamini. Si quis quũ frater appellet, fuerit scortator, aut auarus, aut simulacrorum cultor, aut cõuitiator, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibũ quidẽ capiatis. Quid em̃ ad me attinet, etiã de his qui foris sunt iudicare? Nõne de his qui intus sunt, iudicatis? eos uero qui foris sunt, deus iudicat. Etiam profligate istũ qui malus est, ex uobisipsis.

Sustinet aliqs uestrũ, negociũ habens cũ altero, iudicari sub iniustis, & nõ magis sub sanctis? An nescitis, q̃ sancti mundũ iudicabũt? Et si q̃ uos iudicat mũdus, indigni estis minimis iudicijs? an nescitis q̃ angelos iudicabimus, non tantũ ista quæ ad uictũ pertinẽt? Proinde iudicia siqdẽ habueritis de ijs quæ

ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς διακρινεῖ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων;

κζ ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ τοῦτο ἀδελφούς;

κη ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; μὴ πλανᾶσθε. οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν.

κθ πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. τὸ δὲ σῶμα, οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ, καὶ ὁ κύριος τῷ σώματι. ὁ δὲ θεὸς καὶ τὸν κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

λ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη χριστοῦ ἐστιν; ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; μὴ γένοιτο. ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; ἔσονται γάρ φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι.

λα φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν. ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅ τινά ἐστι τοῦ θεοῦ.

λβ περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν, ἵνα σχολάσητε τῇ νηστείᾳ

quæ ad uitæ usum attinent, qui contempti sunt in ecclesia, eos constituite. Ad erubescentiam uestram dico. Adeo non est inter uos sapiens, ne unus quidem, qui possit diiudicare inter fratrē suum & fratrem? Sed frater cū fratre litigat, idq; sub infidelibus.

Itaq; iam quidem omnino delictū in uobis est, quòd lites habetis inter uos inuicē. Cur nō potius iniuriam patiminis? cur non potius damnū accipitis? Imò uos iniuriam facitis, & damno afficitis: idq; fratres? An nescitis, quòd iniusti, regni dei hereditatem non consequentur? Ne erretis: neq; scortatores, neq; cultores simulacrorū, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbūt cum masculis, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regni dei hæreditatem accipient. Atq; hęc eratis quidā, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen domini Iesu, & per spiritum dei nostri. Omnia mihi licēt, at non omnia conducūt. Omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub ullius potestatem. Escæ uentri destinatæ sunt, & uenter escis: deus autem & hunc & illas abolebit. Corpus uero nō stupro, sed domino, & dominus corpori. Deus aūt & dominū suscitauit, & nos suscitabit per potētiam suā.

An nescitis, ꝙ corpora uestra, mēbra sunt Christi? Num igitur tollens mēbra Christi, faciam scorti membra? Absit. An nescitis ꝙ qui adglutinatur scorto, unum corpus est? Redigētur enim, inquit, duo in carnē unā. At qui adglutinatur domino, unus spiritus est. Fugite scortationem. Omne peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: sed qui scortatur, in propriū corpus peccat. An nescitis ꝙ corpus uestrū, templū est habitantis in uobis spiritus sancti, quem habetis à deo, & non estis ipsi uestri iuris? Nam empti estis precio. Glorificate iam deum in corpore uestro, & in spiritu uestro, quæ sūt dei. Cæterum de quibus scripsistis mihi: VII
Bonum est homini, uxorem non attingere. Attamē propter stupra uitāda, suam quisq; uxorem habeat: & suum quæq; uirum habeat. Vxori uir debitam beneuolentiā reddat: similiter autē & uxor uiro. Vxor propriī corporis ius non habet, sed maritus. Similiter & maritus propriī corporis ius non habet, sed uxor. Ne fraudetis uos inuicē, nisi si quid ex consensu, pro tēpore ut uacetis

ieiunio

ῆ νηστείᾳ, καὶ τῇ προσευχῇ. καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σατανᾶς ὑμᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

ιγ τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτόν. ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.

λδ λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις, καὶ ταῖς χήραις, καλόν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. κρεῖσσον γὰρ ἐστὶ γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι.

λε τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλὰ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. καὶ ἄνδρα, γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ κύριος.

λς εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὕτη συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν. καὶ γυνή, ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ οὗτος συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω ἄνδρα αὐτοῦ. ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀδελφῷ. ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ θεός. τί γὰρ οἶδας γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ θεός, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ κύριος, οὕτως περιπατείτω, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσομαι. περιτετμημένῳ τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνέσθω. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστι, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν θεοῦ.

λζ ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω. δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω, ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. ὁ γὰρ ἐν κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθερος κυρίου ἐστίν. ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθείς, δοῦλός ἐστι χριστοῦ. τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ θεῷ.

λη περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. ὅτι καλόν ἀνθρώπῳ, τὸ οὕτως εἶναι. δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς

abstinete à carnalibus concupiscentijs quæ militant aduersus animã, & cõuersationem uestram habete honestã inter gentes, ut in hoc quod obtrectant uobis quasi malefícis, ex bonis operibus æstimantes uos, glorifi/cent deum in die uisitationis. Proinde sub/diti estote cuiuis humanæ creaturæ, ppter dominũ, siue regi tanquam præcellẽti, siue præsidibus ut qui per eum mittãtur ad uin/dictam quidem nocẽtium, laudẽ uero recte agentium. Quoniã sic est uolũtas dei, ut be nefaciẽdo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus, tanquam liberi, & non ueluti prætextũ habentes malitiæ libertatem, sed tanquã serui dei. Omnes honorate, fraterni tatem diligite, deũ timete, regẽ honorate. Famuli subditi sint cũ timore dominis, non solũ bonis ac humanis, uerum etiã prauis. Nam hæc est gratia, si quis propter cõscien tiam dei suffert molestias, præter meritum affectus malis. Quæ enim est laus, si quum peccantes alapis cædimini sufferetis? At si quũ benefacitis, & tamen malis afficimini, suffertis. Hæc enim est gratia apud deũ. Si/quidem in hoc uocati estis, quoniã & Chri/stus afflictus est pro nobis, relinquẽs nobis exemplũ ut insequeremini uestigia ipsius qui peccatũ non fecerat, nec inuẽtus est do/lus in ore illius: qui quũ maledictis incesse/retur, non regessit maledicta: quũ malis affi ceretur, nõ minabatur: sed tradidit uindictã ei qui iudicat iuste, qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignũ, quo pec/catis mortui iustitię uiueremus: cuius eiusdem uibice sanati fuistis: nam eratis uelut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pa storem & curatorem animarũ uestrarum.

Similiter uxores subditæ sitis uestris ui/ III
ris, ut etiã qui nõ obtẽperãt sermoni, p uxo rum cõuersationẽ absq; sermone lucrifiãt: dum considerãt cũ reuerẽtia coniũctã castã conuersationẽ uestrã, quarũ ornatus sit nõ extern⁹, q situs est in plicatura capillorũ & additione auri, aut in palliorũ amictu, uerũ occult⁹, q est in corde homo, si is careat om ni corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac quiet⁹, q spũs in oculis dei magnifica ac sum ptuosa res est. Nã ad eũ modũ olim & sãctæ illæ mulieres sperãtes in deo, comebãt sese, & subditæ erãt suis uiris, quẽadmodũ Sara obediuit Abrahæ, dñm illũ appellãs, cui⁹ fa ctę estis filię dũ benefacitis, & nõ terremini ullo

δὲ μίαν

δὲ μᾶλλον τιθέσθω. οἱ ἄνδρες ὁμοίως συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, φιλόφρονες, μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη αὐτοῦ τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθόν. ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν. ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. καί τις ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε; ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε, κύριον δὲ τὸν θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλεῖσθε ὑμῶν, ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν χριστῷ ἀναστροφήν. κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας. ὅτι καὶ χριστὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἔπαθεν, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς, ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε. ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, ἐν ἡμέραις νῶε κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν, ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος. ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεὸν, δι' ἀναστάσεως ἰησοῦ χριστοῦ, ὃς ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων.

χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας, εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι θεοῦ, τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον

ullo paudre. Viri similiter cohabitēt secundum scientiam, uelut infirmiori uasi mulieri impartiētes honorem, tanq̄ etiam cohæredes gratiæ uitæ, ne interrūpantur preces uestræ. In summa, omnes sitis unanimes, similiter affecti, fraterna pręditi charitate, misericordes, affabiles, non retaliantes malum malo aut conuitiū conuitio, sed contrà, benedicentes: scientes uos in hoc uocatos esse ut benedictionē hæreditate possideatis. Nā qui uult uitā diligere, & uidere dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo & faciat bonum, quærat pacem & persequatur eam: quoniā oculi domini super iustos, & aures eius ad deprecationē illorum. Rursus aspectus domini super eos qui faciūt mala. Et quis est qui sit afflicturus uos, si bonitatis æmulatores fueritis? Imò si quid etiā acciderit incōmodi propter iustitiam, beati tamen estis. Cæterum terrore illorū ne terreamini, nec turbemini, sed dominū deū sanctificate in cordibus uestris. Sitis aūt parati semper ad respondendū cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe, cum māsuetudine & reuerētia, conscientiam habentes bonam, ut in hoc quod uobis detrahunt tanq̄ sceleratis, pudefiāt hi qui incessunt uestrā bonā in Christo conuersationē. Prestat enim ut bene agentes, si ita uelit dei uolūtas, malis afficiamini, q̄ male faciētes. Quandoquidē & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis, ut nos adduceret deo, mortificatus quidem carne, sed uiuificatus spiritu, in quo etiam abijt & spiritibus qui erant in carcere prædicauit, qui inobediētes fuerant quondam. Quum semel expectabat dei lenitas in dieb⁹ Noe, quum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc est octo animæ seruatæ fuerūt per aquam: cuius figuræ nunc respondens baptismus, nos quoq; saluos reddit: quo non carnis sordes abijciunt, sed quo fit ut bona cōscientia bene respōdeat apud deum, per resurrectionem Iesu Christi qui est ad dexterā dei, profectus in cœlū, subiectis sibi angelis & potestatibus ac uirtutibus. Quū igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoq; iuxta eandē cogitationē armemini, q̄ qui patiebatur in carne, destitit à peccato: in hoc ut iam non concupiscentijs hominū sed uoluntati dei, quod superest in carne tempus

IIII

χρόνον. ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις. ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες, οἱ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκί, ζῶσι δὲ κατὰ θεὸν πνεύματι. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς. πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες. ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν. ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ. εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια θεοῦ. εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ θεός, ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ θεὸς διὰ ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος, ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς χριστοῦ παθήμασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι χριστοῦ, μακάριοι, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός, ἢ ὡς ἀλλοτριεπίσκοπος. εἰ δὲ ὡς χριστιανός, μὴ αἰσχυνέσθω, δοξαζέτω δὲ τὸν θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ, ὅτι καὶ ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ θεοῦ εὐαγγελίῳ. καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ, ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ μάρτυς τῶν τοῦ χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός, ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν, ποίμνιον τοῦ χριστοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως, μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι

uiuat. Sat enim est nobis, ꝙ anteacto uitæ tempore uolũtatem gentiũ patrauerimus, quũ uersaremur in lasciuijs, concupiscẽtijs, uinolẽtijs, comessationib⁹, cõpotationibus, & nefarijs simulacrorũ cultibus. Atꝙ id ab surdũ illis uidetur, ꝙ non accurratis unà cũ ipsis in eandẽ luxus refusionẽ, qui de uobis male loquũtur. Qui reddituri sunt rationẽ ei qui paratus est ad iudicãdũ uiuos & mortuos. Nam in hoc mortuis quoꝙ prędicatũ est euangeliũ, ut iudicẽtur quidẽ secũdum homines carne, uiuãt aũt iuxta deũ spiritu. Porrò rerum omniũ finis imminet. Sitis igitur sobrij & uigilãtes ad orãdũ: ante omnia uero charitatẽ inter uos uehementẽ habentes: nã charitas operiet multitudinẽ peccatorũ. Hospitales estote erga uos inuicẽ, sine murmurationibus, ut quisꝙ accepit donũ, ita ali⁹ in aliũ illud ministrãtes, ut boni dispẽsatores uariæ gratiæ dei. Si quis loquit̃, loquat̃ ut eloquia dei: si quis ministrat, ministret tãꝙ ex uirtute quã suppeditat deus, ut omnibus glorificet̃ deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, amẽ. Charissimi, ne miremini, dum per ignẽ exploramini, quæ res ad experimẽtum uestri fit, perinde quasi nouũ aliqd uobis obtingat: imò in hoc qd' consortes estis afflictionũ Christi, gaudete, ut in reuelatione quoꝙ gloriæ eiusdẽ gaudeatis exultantes. Si probris afficimini in nomine Christi, beati estis: quoniã gloria & spiritus dei supra uos requiescit. Iuxta ipsos qdẽ maledictis afficit̃, iuxta uos aũt glorificat̃. Ne quis cũ uestrũ affligat̃, ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut curiosus alienarũ rerũ. Porrò si ut Christianus affligit̃ aliqs, ne pudeat̃, imò glorificet deũ in parte hac. Quãdoqdẽ & tẽpus est ut incipiat iudiciũ à domo dei: ꝙ si primũ incipit à nobis, quis erit finis eorum qui nõ credũt dei euãgelio? Et si iustus uix saluus efficitur, impius & peccator ubi cõparebit? Proinde qui affligũtur iuxta uoluntatẽ dei, tanꝙ apud fidelẽ conditorẽ deponãt animas suas benefaciẽdo. Presbyteros q inter uos sũt obsecro, q sum & ipse presbyter, ac testis afflictionũ Christi, atꝙ idẽ cõsors glorię quæ reuelabit̃, pascite q̃ tũ in uobis est gregẽ Christi, curã illius agẽtes non coacte, sed uolẽtes: nõ turpiter affectãtes lucrũ, sed propẽso animo, neꝙ ceu dñiũ exercẽtes aduersus cleros, sed sic ut sitis exẽplaria

μένοι τῷ ποιμνίου. καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχι-
ποιμένος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης
στέφανον. ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυ-
τέροις, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι. τὴν τα-
πεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ θεὸς ὑπερη-
φάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα
τοῦ θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ, πᾶσαν τὴν
μέριμναν ὑμῶν ἐπιρίψαντες ἐπ' αὐτόν, ὅτι αὐ-
τῷ μέλει περὶ ὑμῶν. νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ
ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος
περιπατεῖ, ζητῶν τινα καταπίῃ. ᾧ ἀντίστητε στε-
ρεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων
τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι. ὁ δὲ
θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὸν αἰώ-
νιον αὐτοῦ δόξαν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὀλίγον παθόν-
τας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι,
θεμελιώσαι. αὐτῷ ἡ δόξα, κράτος εἰς τοὺς αἰῶ-
νας τῶν αἰώνων, ἀμήν. διὰ σιλουανοῦ ὑμῖν πιστοῦ
ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, πα-
ρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ
χάριν τοῦ θεοῦ, εἰς ἣν ἕστηκατε. ἀσπάζεται ὑμᾶς
ἡ ἐν βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ καὶ μάρκος ὁ υἱός
μου. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγά-
πης. εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν χριστῷ ἰησοῦ.
ἀμήν.

plaria gregis. Et quum apparuerit ille pasto
rum princeps, reportabitis immarcessibilẽ
gloriæ coronam. Similiter iuniores subditi
estote senioribus, sic ut omnes alius alij ui
cissim subijciamini. Humilitatem animi uo
bis infixam habete: propterea ꝙ deus super
bis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Hu
miliemini igitᷣ sub potenti manu dei, ut uos
extollat quũ erit opportunũ, omni cura ue
stra cõiecta in illum, nam illi cura est de uo
bis. Sobrij estote, uigilate, quoniã aduer a
rius uester diabolus tanꝙ leo rugiẽs obam
bulat, quærens quem deuoret. Cui resistite,
solidi fide, scientes easdem afflictiones ue
stræ quæ in mundo est fraternitati consum
mari. Sed deus omnis gratiæ, qui uocauit
nos ad æternã suam gloriam per Christum
Iesum, parũper afflictos, idẽ instauret uos,
fulciat, roboret, stabiliat: ipsi gloria, impe
rium in secula seculorũ, amen. Per Syluanũ
uobis fidelem fratrẽ, ut arbitror, paucis scri
psi, adhortans ac testificãs hanc esse ueram
gratiã dei, in qua statis. Salutat uos ea, quæ
est in Babylone, uestræ cõsors electionis ec
clesia, & Marcus filius meus. Salutate uos
mutuo charitatis osculo. Pax uobis omni
bus, qui estis in Christo Iesu.
Amen.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ
καθολικῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου πέτρου.

Ταύτην πάλιν ὁ αὐτὸς πέτρος ἐπιστέλλει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. ἔστι δὲ ἡ ἐπιστολὴ, ὑπόμνησις τῶν πρώτων. εἰδὼς γὰρ ταχεῖαν ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὴν ἀνάλυσιν τοῦ σώματος, ἐυπούδασε πάντας ὑπομνῆσαι περὶ ὧν κατηχήθησαν, τὴν διδασκαλίαν. καὶ πρῶτον δείκνυσιν ἀπὸ τῶν προφητῶν αὐτὴν εὐαγγελισθεῖσαν, καὶ ὅτι αἱ προφητίαι αἱ περὶ τοῦ σωτῆρος, οὐκ εἰσὶν ἀνθρώπιναι, ἀλλὰ περὶ θεοῦ ἐλαλήθησαν. ἔπειτα παραγγέλλει μὴ προσέχειν τοῖς ἀπατῶσι, λέγων ἔσεσθαι αὐτῶν ἀπώλειαν, ὥσπερ καὶ τῶν παραβάντων ἀγγέλων γέγονε. προμηνύει δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἡμέρας ἔσεσθαι ἐν αἷς ἐμπαίκται περιπατήσουσι, καὶ θελήσουσιν ἀπαταῦ τινὰς, λέγοντες, μαθὴν λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος, διὰ τὸ ἀεὶ λέγεσθαι, καὶ μήπω παραγενέσθαι. ἀπὸ τούτων οὖν καὶ μάλιστα ἀπέχεσθαι παραγγέλλει, διδάσκων μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς χρόνοις. πάντα γὰρ τὸν χρόνον, μηδὲν εἶναι ἐνώπιον κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν μίαν ἡμέραν ὡς χίλια ἔτη, εἶναι, καὶ τὰ χίλια ἔτη, ὡς ἡμέραν μίαν. ἔσεσθαι δὲ ταχέως τὴν ἡμέραν κυρίου διαβεβαιοῦται καὶ ἀποδείκνυσι, καὶ ἐντέλλεται ἑτοίμους εἶναι πάντας εἰς αὐτὴν, ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀγαπᾶν τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου παύλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτά. διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. ὑπομνήσας οὖν καὶ διδάξας πάντας προειδέναι τὰ πράγματα, παραινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM PETRI POSTERIOREM ARGVmentum per Des. Erasmum Roterodamum.

HAnc, ut apparet, scripsit admodum senex, & iam morti uicinus, quandoquidem de obitu suo meminit. Scribit autem promiscue Christianis omnibus, adhortans ad uitæ puritatem, & ueterum exemplis ac terrore iudicij extremi deterrens à turpibus, uehementer insectans eos qui simplicium animos peruersa doctrina corrumperent, negantes aduenturum Christum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΔΕΥΤΕΡΑ

ΣΥΜΕΩΝ πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ, καὶ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν, ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐπίγνωσιν. ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν. διὸ μᾶλλον ἀδελφοί σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. οὕτως γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ. διὸ οὐκ ἀμελήσω, ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει, εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστὸς ἐδήλωσέ μοι. σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ δύναμιν, καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου

EPISTOLA PETRI APOSTOLI SECVNDA

SYMEON Petrus ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui eque precioſam nobiſcum ſortiti ſunt fidem, per iuſtitiam dei noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti: gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem dei & Ieſu dñi noſtri, ſic ut eius diuina uirtus omnia nobis largita eſt, quæ ad uitã ac pietatem pertinent, per agnitionem eius qui uocauit nos per gloriam & uirtutẽ, per quę precioſa nobis ac maxima promiſſa donata ſunt, ut p hæc efficeremini diuinę conſortes naturæ, ſi refugeritis à corruptione quæ eſt in mundo per concupiſcẽtiam. Sed & in hoc ipſum omni adhibito ſtudio, ſubminiſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute uero ſcientiã, in ſcientia uero temperantiam, in temperantia uero patiẽtiam: rurſus in patientia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna uero charitate dilectionem. Hæc enim quum uobis adſint & exuberent, haud ocioſos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionem. Nam cui nõ adſunt hæc, is cæcus eſt, & manu uiã tentans, oblitus ſeſe à ueteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatum. Quapropter fratres potius operam date, ut uocationem & electionem ueſtram firmam efficiatis. Hæc enim ſi feceritis, non labemini unquã. Siquidem ad hunc modum, abũde ſubminiſtrabitur uobis introitus in æternũ regnum domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti. Quapropter haud negligam, uos ſemper commonere de his, tametſi ſciatis, & cõfirmati ſitis in præſenti ueritate. Attamen iuſtum arbitror, quãdiu ſum in hoc tabernaculo, excitare uos per commonitionem, quum ſciam breui futurum, ut deponam hoc tabernaculũ meum: quẽadmodũ & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Quin & dabo ſemper operam, ut uos poſt exitum meum, horum mentionem facere poſsitis. Non enim arte compoſitas fabulas ſequuti, notam uobis fecimus dñi noſtri Ieſu Chriſti uirtutem & aduẽtũ, ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius

ἐκείνου μεγαλειότητος. λαβὼν γὰρ παρὰ θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα. καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ. καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον. ᾧ καλῶς ποιεῖτε, προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται. οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται, καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους, καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης * κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπαγαγών, καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς. καὶ δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, ἐῤῥύσατο· βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν. οἶδε κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν, μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμητὰς, αὐθαδεῖς, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες· ὅπου ἄγγελοι ἰσχύι καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν. οὗτοι δὲ ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγεννημένα, εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ

* Aliâs κήρυγμα

illius maiestatē. Acceperat enim à deo patre honorem & gloriā, uoce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria: Hic est ille filius meus dilectus, in quo mihi complacitū est. Et hanc uocem nos audiuimus è cœlo delatā, quum essemus unà cum illo in monte sancto. Et habemus firmiorē sermonem propheticum, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus uestris. Si illud prius noueritis, quòd omnis prophetica scriptura non sit priuatæ interpretationis. non enim uoluntate hominis allata est olim ꝓphetia, sed à spiritu sancto impulsi, loquuti sūt sancti dei homines.

Fuerunt aūt & pseudoprophetæ in populo, quemadmodū & inter uos erunt falsi doctores, qui clam inducent sectas perniciosas, etiam dominum qui illos mercatus est, abnegantes, accersentes sibiꝑ ipsis celerē interitum: & plericꝫ sequentur illorū exitia: per quos uia ueritatis maledictis afficietur, & per auaritiā facticijs sermonibus de uobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorū non dormitat. Nam si deus angelis qui peccauerant non pepercit, sed catenis noctis in tartarum præcipitatos, tradidit seruatos in iudicium, & prisco mūdo non pepercit, sed octauum iustitiæ præconem Noe seruauit, diluuio in mundū impiorū inducto, & ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerē redactas, subuersione condēnauit, eoscꝫ fecit exemplum ijs qui impie forent acturi: & iustum Lot qui opprimebatur à nefarijs per libidinosam conuersationē, eripuit. Is enim oculis & auribus iustus, quū habitaret inter illos, quotidie animā iustam iniquis illorum factis excruciabat. Nouit dñs pios è tentatione eripere, iniustos aūt in diē iudicij puniendos seruare, maxime uero illos qui carnem sequētes in concupiscētia pollutionis ambulāt, ac dominationē contēnunt, audaces, præfracti, qui gloria præcellētes non uerentur cōuitijs incessere. Quum ipsi angeli qui sunt robore ac uirtute maiores, nō ferūt aduersus sese apud dñm, maledicū iudiciū. At isti ueluti bruta animātia, natura genita in capturā & in pernicie, in his quæ non intelligunt maledicētes in perditione sua peribunt, reportātes mercedē iniustitiæ, pro uoluptate ducētes, si in diē delicijs fruantur, labes ac

λοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν συνδυαζόμενοι, ὑμῖν, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκατάπαυστον ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, κατάρας τέκνα, καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσόρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν, ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας, ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν. οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγξάμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς ἀσελγείαις, τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ κυρίου, καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν, ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

Ταύτην ἤδη ἀγαπητοί δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν, μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος, τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, ἐμπαῖκται κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι, καὶ λέγοντες. ποῦ ἐστιν ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτως διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο. οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς ἀγαπητοί, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία. οὐ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδύ-

bes ac maculæ, qui conuiuãtes in erroribus suis insultant uobis, oculos habẽtes plenos adulteræ, & qui à peccando cessare nesciãt, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatũ rapinis, execrabiles filij qui relicta recta uia aberrauerũt, sequuti uiam Balaam filij Bosor, qui mercedẽ iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate: animal subiugale mutum, humana uoce loquens, prohibuit prophetæ dementiam. Isti sunt fontes aqua carẽtes, nebulæ quæ à procella ferũtur, quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est. Siquidẽ ubi uehementer fastuosa uanitatis uerba sonuerint, inescant homines per concupiscẽtias carnis uoluptatibus, eos qui uere aufugerant ab his qui in errore conuersantur, dum illis libertatem pollicẽtur, quũ ipsi serui sint corruptionis. Siquidẽ à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutẽ est addictus. Nam si post ea q̃ refugerũt ab inquinamẽtis mundi, per agnitionẽ dñi & seruatoris Iesu Christi, tamen his rursum inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peiora primis. Satius em̃ fuisset illis, non cognouisse uiam iustitiæ, q̃ ubi cognouerunt, conuerti ab eo quod illis traditũ fuit, sancto præcepto. Verũ accidit illis id quod uero prouerbio dici solet: Canis reuersus ad suum ipsius uomitũ: & sus lota, reuersa ad uolutabrum cœni. Hasce iam alteras uobis charissimi, scribo literas, in quibus extimulo uestram, per commonitionem, synceram mẽtem, ut memores sitis uerborum, quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, & mãdati nostri, qui sumus apostoli domini & seruatoris, illud primum sciẽtes, uenturos in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias concupiscẽtias ambulent, & dicant: Vbi est pollicitatio aduentus eius. Siquidem ex quo die patres obdormierũt, sic omnia permanent ab initio conditionis. Nam illud uolentes nesciũt, quòd cœli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistens dei sermone, per quæ is qui tum erat mundus, aqua inundatus perijt. At qui nunc sunt cœli ac terra, eiusdẽ sermone repositi sunt, & seruantur igni, in diem iudicij & perditionis impiorũ hominũ. Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti, quòd unus dies apud dñm perinde est ut mille anni, & mille anni ut dies unus. Haud tardat dominus qui promisit, quemadmodum nõnulli III

βραδύτητα ἡγοῦνται. ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι. ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. πάντων οὖν τούτων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις, προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται. καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. διὸ ἀγαπητοί ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι, καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ. καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε. καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς παῦλος κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς λαλῶν ἐν αὐταῖς, περὶ τούτων, ἐν οἷς ἔστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε, ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ, αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι, καὶ γνώσει τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος.

ἀμήν.

tarditatem exiſtimant. Verum patiens eſt erga nos, dum non uult ullos perire, ſed omnes ad pœnitentiã recipere. Veniet autem dies domini ſicut fur in nocte, quo cœli, procellæ in morem transibunt: elemẽta uero æſtuantia ſoluentur, terraq; & quæ in ea ſunt opera, exurentur. Quum igitur hæc omnia ſoluantur, quales oportet eſſe uos in ſanctis conuerſationibus ac pietatibus, expectantes & accelerantes aduentũ diei dei, per quem cœli incenſi ſoluentur, & elementa æſtuantia liqueſcent. Sed cœlos nouos ac terram nouã iuxta promiſſum illius expectamus, in qbus iuſtitia inhabitat. Quapropter dilecti, hæc expectantes, date operam, ut immaculati & incõtaminati, ab illo reperiamini in pace: dominiq; noſtri patientiam, ſalutem arbitremini. quemadmodum & dilectus frater noſter Paulus, iuxta ſibi datam ſapientiã ſcripſit uobis, etiam in omnibus ferè epiſtolis loquẽs de his, inter quæ ſunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorquent, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perniciem. Vos igitur dilecti, poſtea quàm præmoniti eſtis, cauete, ne ſimul cum alijs nefariorum errore abducti, excidatis à propria ſtabilitate, ſed creſcite in gratia, & cognitione domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis.

Amen.

ΥΓΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΓΡΩΤΗΣ ΚΑΘΟ
λικῆς ἰωἰσολῆς τθ ἁγίε ἀποσόλου καὶ ἀυαγγελίσε ἰωάννε τθ θεολόγε.

ΤΑύτλω αὐτὸς ὁ ἰωάννης, ὁ τὸ ἀυαγγέλιον γράψας, ὡἰσέλθε, ὑπομμνήσκων σὲ ἤδη πεπεισμένους εἰς τὸν λόγον. καὶ πρῶτον μὲν ὥσπερ ἐν τῷ ἀυαγγελίῳ, οὕτω καὶ ἐν τάυτῃ τῇ ἰωἰσολῇ θεολογεῖ πρὸὶ τὸν λόγον, ἀποδεικνὺς αὐτὸν εἶναι ἀεὶ ἐν τῷ θεῷ, καὶ διδάσκων τὸν πατέρα φῶς εἶναι, ἵνα καὶ οὕτως γνῶμεν τὸν λόγον, ὡς ἀπαύγασμα ἐξ αὐτθ εἶναι. θεολογῶν δὲ, ἐξηγεῖται μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μὲν καὶ ἀεὶ τυγχάνειν αὐτό, νῦν δὲ πεφανερῶσθαι ἐν τῷ ἰυείῳ, ὃς ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ θεὸς ἀληθινός. καὶ τὸ αἴτιον δὲ τῆς τούτου παρουσίας, καὶ ἐπιφανείας αὐτθ τίθησι, λέγων εἶναι ὅπως, ὥστε τὸ λῦσαι τὰ ἔργα τθ διαβόλου, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τθ θανάτου, καὶ γινώσκειν ἡμᾶς τὸν πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν υἱόν, τὸν ἰυείον ἡμῶν ἰησοῦν χριστόν. γράφει οὖν πᾶσαν ἡλικίαν, πᾶς παιδία, πᾶς νεανίσκους, πᾶς γέροντας, ὅτι ὁ μὲν θεὸς ἐγνώσθη, ἡ δὲ διαβολικὴ ἐνέργεια λοιπὸν νενίκηται καταργηθέντος τθ θανάτου. εἶτα λοιπὸν δι' ὅλης τῆς ἰωἰσολῆς πρὸὶ ἀγάπως διδάσκει, θέλων ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾶν, ἐπειδὴ καὶ ὁ χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. ἐξηγεῖται οὖν πρὸὶ διαφορᾶς φόβε καὶ ἀγάπης, καὶ τέκνων θεοῦ καὶ τέκνων διαβόλου, καὶ πρὸὶ ἁμαρτίας θανατικῆς καὶ μὴ θανατικῆς, καὶ πρὸὶ διαφορᾶς πνευμάτων. καὶ λοιπὸν διαιρεῖ, ποῖον μὲν πνεῦμα ἐκ τθ θεοῦ ἐστι, ποῖον δὲ τῆς πλάνης, καὶ πότε μὲν γινωσκόμεθα τέκνα θεοῦ, πότε δὲ διαβόλου, καὶ πρὸὶ ποίας ἁμαρτίας ὀφείλομεν εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων, καὶ πρὸὶ ποίας οὐ δεῖ εὔχεσθαι, καὶ ὅτι ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, σκότος ἐστὶν ἄξιος τῆς ἀλήσεως, οὐδὲ δύναται λέγεσθαι τθ χριστοῦ. καὶ τὴν ἑνότητα δὲ τθ υἱθ πρὸς τὸν πατέρα δείκνυσι, καὶ ὅτι ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱόν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. διακρίνει δὲ ἐν τῇ ἰωἰσολῇ τάυτῃ, λέγων, καὶ τὸ ἴδιον τθ ἀντιχρίσου, εἶναι δὲ ὅπως τὸ λέγειν, μὴ εἶναι τὸν υἱὸν αὐτὸν τὸν χριστόν, ἵνα δῆλον ὡς μὴ ὄντως ἐκείνου, ἑαυτὸν εἶπη εἶναι ὁ ψεύστης. παραινεῖ δὲ διὰ ὅλης ἰωἰσολῆς, μὴ ἀθυμεῖν αὐτὸς πταίοντας πρὸὶ ἰυείῳ, εἰ μισοῦνται ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν, ὅτι τὸ μῖσος τθ κόσμου, δείκνυσι αὐτὸς πεπεύοντας μεταβεβηκέναι ἀπὸ αὐτθ τθ κόσμε, καὶ εἶναι λοιπὸν τῆς οὐρανίε πολιτείας. καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς ἰωἰσολῆς πάλιν ὑπομμνήσκει λέγων, ὅτι ὁ τθ θεοῦ υἱός, ζωὴ αἰώνιός ἐστι, καὶ φῶς ἀληθινόν, καὶ ἵνα τούτῳ δουλεύωμεν, καὶ φυλαττώμεθα ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

IN EPISTOLAM IOANNIS PRIOREM ARGV/
mentum per Des. Eraſmum Roterodamum.

HAnc epiſtolam eſſe Ioannis apoſtoli qui ſcripſit euangelium, uel ipſe ſermonis charácter arguit. Multus eſt in mentione lucis ac tenebrarum, uitæ ac mortis, odij & charitatis, in iterandis uerbis, uelut exceptis ex ſermone proximo. Quod genus eſt illud, ut exemplo quod dicimus, fiat dilucidius: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, quoniam omne quod in mundo eſt: & cætera. Ac mox: Non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et, mundus transit. Quoties hic iteratur mundus? Poſtremo, eſt in toto huius ſermone quiddam minus aſtrictũ, ac fuſius quàm in ſermone reliquorum apoſtolorum. Eſt autem dilucidior epiſtola, quàm ut egeat argumento: quemadmodum & duæ ſequentes, quæ Ioanni cuidam presbytero, non apoſtolo, tribuuntur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΠΡΩΤΗ

EPISTOLA IOANNIS APOSTOLI PRIMA

ΟΟ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν. καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἐπαγγελία, ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτί, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. ἐὰν εἴπωμεν, ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτόν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

ΤΕκνία μου ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε, καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτόν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. ὁ λέγων, ἔγνωκα αὐτόν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστί, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν. ὃς δ' ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τετελείωται. ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν. ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν. ἀδελφοί οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλὰ ἐντολὴν παλαιὰν, ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς. ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά ἐστιν ὁ λόγος, ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς. πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ὑμῖν

QVOD erat ab initio, quod audiuim⁹, quod uidimus oculis nostris, quod p̄spexímus, & manus nostræ contrectauerũt de sermone uitæ, & uita manifesta est, uidimus: etiam testamur, & annũciamus uobis uitam æternã quæ erat apud patrem, & manifestata est nobis. Quod uidimus & audiuimus annunciamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus uobis, ut gaudiũ uestrum sit plenum. Et hæc est promissio quam audiuimus ex ipso, & annunciamus uobis, q̄ deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus q̄ societatem habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & ueritatem nõ facimus. Quòd si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus inter nos mutuam, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, Peccatum non habemus: nosipsos fallim⁹, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, Non peccauimus: mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis. Filioli mei, hæc scribo uobis, Ne peccetis: & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Iesum Christũ iustũ. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantũ, sed etiam pro totius mundi. Et per hoc scimus q̄ cognouimus eum, si iussa illius obseruamus. Qui dicit, Noui eum, & præcepta eius non seruat, mendax est, & in eo ueritas nõ est. Qui autem seruat sermonem eius, uere in hoc charitas dei perfecta est. Per hoc scimus, q̄ in ipso sum⁹. Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Fratres, non præceptũ nouum scribo uobis, sed præceptũ uetus, q̄d habuistis ab initio. Præceptũ uet⁹, est sermo quẽ audistis ab initio. Rursum præceptum nouum scribo uobis, Quod uerum est in ipso, idem uerum est & in uobis

11

ἐν ὑμῖν, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει. ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. γράφω ὑμῖν τεκνία, ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. γράφω ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. γράφω ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. γράφω ὑμῖν παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. ἔγραψα ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν. μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ. ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί. καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ. ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. παιδία ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν. ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα. οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτὴν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι. τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν. πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱόν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέτω. ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ἐν τῷ πατρὶ μενεῖτε. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ὑμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς. καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ ἐν ὑμῖν μένει. καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς. ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. καὶ καθὼς ἐδίδαξεν

in uobis: quia tenebræ prætereunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & offendiculum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniã uicistis illum malum. Scribo uobis filioli, quoniam cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scripsi uobis adolescentes, quoniam fortes estis, & uerbum dei manet in uobis, & uicistis illum malum. Ne diligatis mundum, neq; ea quę in mundo sunt. Si quis diligit mũdum, non est charitas patris in eo: quoniã omne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum & fastus uitæ, non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscẽtia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum. Filioli, nouissimum tempus est: & sicut audistis quòd antichristus uenturus sit, etiam nunc antichristi multi cœperũt esse: unde scimus nouissimũ tempus esse. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti fierent, quòd non sint omnes ex nobis. Sed uos unctionem habetis à sancto illo, & nostis omnia. Non scripsi uobis, quasi ignorantibus ueritatem, sed tanquam scientibus eam: quodq; omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat Iesum esse Christum? Hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Quisquis negat filium, is ne patrem quidem habet. Vos igitur quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio qua ipse pollicitus est nobis, uitam æternam. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos. Et unctio quam uos accepistis ab eo, manet in uobis. Et nõ necesse habetis ut quisq; doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus & uerax est, & non est mendacium. Et sicut

docuit

ἐσ πλάξῃ ὑμᾶς, μείνατε ἐν αὐτῷ. καὶ νῦν τεκνία μένετε ἐν αὐτῷ, ἵνα ὅτ' ἂν φανερωθῇ, ἔχωμεν παῤῥησίαν, καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. ἐὰν εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐστι, γινώσκετε ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται.

ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ, ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν. διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὐ γινώσκει ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνω αὐτόν. ἀγαπητοί, νῦν τέκνα θεοῦ ἐσμὲν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη, ὅτι ἐσόμεθα. οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτὸν καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ, καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. καὶ οἴδατε, ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι. πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων, οὐχ ἁμαρτάνει, πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτόν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν. τεκνία μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς. ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστι, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν. ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου. πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται. ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία, ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια. μὴ θαυμάζετε, ἀδελφοί μου, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ. πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστί. καὶ οἴδατε, ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν. ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς θεῖναι. ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ; τεκνία μου μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ. ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμέν, καὶ ἔμπροσθεν

docuit uos, manete in ea. Et nunc filioli manete in eo, ut quum apparuerit, habeamus fiduciam, & non pudeſiamus ab eo in aduentu eius. Si ſcitis quòd iuſtus eſt, ſcitote quòd omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. Videte qualem charitatem dedit III nobis pater, ut filij dei nominemur. Propterea hoc mundus non nouit uos, quia non nouit eum. Chariſsimi, nunc filij dei ſumus, & nõdum apparuit id quod futuri ſumus. Scimus autem quòd ſi apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, purificat ſe ſicut & ille purus eſt. Omnis qui committit peccatum, idem & iniquitatem committit: & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quòd ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat: omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo uos ſeducat. Qui exercet iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui committit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit filius dei, ut diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex deo, peccatũ non committit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, eo quod ex deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij dei & filij diaboli, Omnis qui non facit iuſtitiam, non eſt ex deo, & qui non diligit fratrem ſuum: quoniam hæc eſt annunciatio quam audiſtis ab initio, ut diligamus nos inuicẽ. Non ſicut Cain, ex illo malo erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta. Ne miremini fratres mei, ſi odit uos mundus. Nos ſcimus quòd translati ſumus de morte ad uitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quòd omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manẽtem. Per hoc cognouimus charitatem, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui uero habuerit ſubſtantiam mundi, & uiderit fratrem ſuum egentem, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, ne diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere & ueritate. Per hoc cognoſcimus, quòd ex ueritate ſumus, & in conſpectu

πρόσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα. ἀγαπητοὶ, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ, ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, καθὼς ἔδωκεν ἐντολήν. καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ. καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι μένει ἐν ἡμῖν ἐκ τοῦ πνεύματος, οὗ ἡμῖν ἔδωκεν.

καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ θαυμαστόν, ἀγγέλους ἑπτὰ ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ. καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρί, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ θεοῦ. καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως δούλου τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε κύριε, καὶ δοξάσει τὸ ὄνομά σου; ὅτι μόνος ὅσιος, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν. καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον. καὶ ἰδοὺ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, καὶ περιζωσμένοι πρὸς τοῖς στήθη ζώνας χρυσᾶς, καὶ ἓν τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις, ὑπάγετε, ἐκχέετε τὰς φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ εἰς τὴν γῆν. καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς τὴν εἰκόνα προσκυνοῦντας αὐτοῦ. καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ, καὶ πᾶσα ψυχὴ ζωῆς ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς

& ipſe falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem, & clamauit uoce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros terræ, quoniam maturæ ſunt uuæ eius. Et miſit angelus falcem ſuam acutam in terram. & uindemiauit uineam terræ, & miſit in lacum iræ dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu, uſque ad frenos equorum per ſtadia mille ſexcenta.

XV Et uidi aliud ſignum in cœlo magnum & mirabile, angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem nouiſsimas, quoniam in illis cōſummata eſt ira dei. Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igni, & eos qui uictoriam reportarant de beſtia & de imagine eius, & de charactere eius, & de numero nominis eius, ſtantes ſuper mare uitreum, habentes cytharas dei, & cantant canticum Moſi ſerui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia ſunt opera tua domine deus omnipotens: iuſtæ & ueræ ſunt uiæ tuæ rex ſanctorum: Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes uenient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam iudicia tua manifeſtata ſunt. Et poſt hæc uidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cœlo, & exierunt ſeptem angeli habentes ſeptem plagas, de templo, ueſtiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit ſeptem angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracūdiæ dei uiuentis in ſecula ſeculorum. Et impletum eſt templum fumo à maieſtate dei, & de uirtute eius, & nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem angelorum.

XVI Et audiui uocem magnam de templo dicentem ſeptem angelis: Ite, effundite *ſeptem* phialas iræ dei in terram. Et abiit primus *angelus* & effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt uulnus malū ac noxium in homines qui habebant characterem beſtiæ & in eos qui adorabant imaginē eius. Et ſecundus angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui, & omnis anima uiuens mortua eſt in mari. Et tertius angelus effudit phialā ſuam in flumina

εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ ἐγένετο αἷμα. καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος, δίκαιος εἶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας, ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πεῖν, ἄξιοι γάρ εἰσιν. καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, λέγοντος. ναὶ κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον. καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί. καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα. καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας. καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν. καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου, καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη καὶ ἐμασῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν, καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην, καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βατράχοις. εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον ἑβραϊστὶ ἁρμαγεδών. καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὸν ἀέρα. καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα, γέγονε. καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτως μέγας. καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον. καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ θεοῦ δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα. καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας

in fluuios & in fontes aquarum & factæ sunt sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem, Iustus es domine qui es & qui eras, & sanctus quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarũ effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audiui alterũ è sanctuario dicentẽ, Etiam domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datũ est illi æstu affligere homines per ignem. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas, nec; egerunt scelerũ pœnitentiã, ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestię, & factum est regnum eius tenebrosum, & commãducauerũt linguas suas præ dolore, & conuitijs affecerũt deum cœli præ doloribus suis & ulceribus suis, nec resipuerunt ab operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnũ Euphraten, & siccata est aqua eius, ut præpararetur uia regum ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis & ex ore bestiæ & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modũ ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorũ facientes signa, ut procedant ad reges totius terræ ad congregandũ illos in prælium diei illius magni dei omnipotentis. Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet & uideant turpitudinem eius. Et congregauit illos in locum qui uocatur Hebraice Armageddon. Et septimus angelus effudit phialã suam in aerem, & exiuit uox magna de templo cœli à throno, dicens, Factum est. Et facta sunt fulgura & uoces & tonitrua & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terrã, talis terræmotus adeo magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna uenit in memoriã ante deum ut daret illi calicem uini indignationis iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est plaga eius uehementer. Et uenit unus de septem angelis, qui habebant septem

XVII

φιαλας, καὶ ἐλαλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι. δεῦ
ρο, δείξω σοι τὸ κριμα τῆς πόρνης, τῆς μεγαλης,
τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν, μεθ'
ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθη
σαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς οἱ κατοικοῦν-
τες τὴν γῆν. καὶ ἀπηνέγκε με εἰς ἔρημον ἐν
πνεύματι. καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θη-
ρίον κόκκινον, γέμον ὀνοματων βλασφημίας, ἔ-
χον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα. καὶ ἡ γυ-
νὴ ἦν περιβεβλημένη πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ καὶ
κεχρυσωμένη χρυσῷ, καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργα-
ρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐ-
τῆς, γέμον βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορ-
νείας αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γε-
γραμμένον μυστήριον, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἡ μη-
τὴρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.
καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵμα-
τος τῶν ἁγίων καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύ-
ρων ἰησοῦ. καὶ ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα
μέγα. καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος. διὰ τί ἐθαύμασας;
ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ
θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς
ἑπτὰ κεφαλὰς, καὶ τὰ δέκα κέρατα. θηρίον ὃ
εἶδες, ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ
τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει, καὶ θαυ
μασονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ
γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς
ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλεπόντων τὸ θηρίον,
ὅτι ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ πάρεστιν. ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔ-
χων σοφίαν. αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ,
ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν, καὶ βασιλεῖς
ἑπτά εἰσιν. οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἔστι, ὁ ἄλ-
λος οὔπω ἦλθε, καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ
μεῖναι. καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς
ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώ-
λειαν ὑπάγει. καὶ τὰ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες,
δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω
ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν
λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. οὗτοι μίαν γνώ-
μην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν
ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ δίδοασιν. οὗτοι μετὰ τοῦ
ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς,
ὅτι κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ βασιλεὺς βασιλέων,
καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πι-
στοί. καὶ λέγει μοι, τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη
κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη, καὶ γλῶσ-
σαι. καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον,
οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην
ποιήσουσιν αὐτὴν, καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας
αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν
πυρί. ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν
ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν
γνώμην

phialas, & loquutus est mecum, dicens mi-
hi, Veni ostendam tibi damnationem me-
retricis magnę, quæ sedet super aquas mul-
tas, cum qua scortati sunt reges terræ, & in-
ebriati sunt qui inhabitant terram de uino
prostitutionis eius. Et abstulit me spiritu in
desertum. Et uidi mulierem sedētem super
bestiam coccinam, plenam nominibus ma-
ledicentiæ, habentem capita septem & cor-
nua decem. Et mulier erat circundata pur-
pura & coccino & inaurata auro & lapide
precioso & margaritis, habens poculum au
reum in manu sua plenum abominationi-
bus & immunditia libidinis suæ. Et in fron
te eius nomen scriptum mysterium, Baby-
lon magna mater scortationum & abomi-
nationum terræ. Et uidi mulierem ebriam
de sanguine sanctorū & de sanguine mar-
tyrum Iesu. Et miratus sum quum uiderem
illam admiratione magna. Et dixit mihi an
gelus, Quare miraris? ego dicam tibi myste
rium mulieris & bestiæ quæ portat eam
quę habet capita septem & cornua decem.
Bestia quam uidisti, fuit, & nō est, & ascen-
sura est de abyssо, & in interitum ibit, & mi
rabuntur inhabitantes terram, quorum no-
mina scripta non sunt in libro uitæ à condi-
to mundo, uidētes bestiam quæ erat & non
est. Hic est mens quæ habet sapientiam. Se-
ptem capita, septē montes sunt, super quos
mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq;
ceciderunt, unus est, & alius nondum ue-
nit. Et quum uenerit, oportet illum breue
tempus manere. Et bestia quæ erat, & non
est, & ipse octauus est, & de septem est, &
in interitum uadit. Et decem cornua quæ
uidisti, decem reges sunt, qui regnum non-
dum acceperunt, sed potestatem tanquam
reges una hora accipient cum bestia. Hi
unum consilium habent, & uirtutem & po
testatem suam bestię tradent. Hi cum agno
pugnabunt, & agnus uincet illos, quoniam
dominus dominorum est, & rex regum: &
qui cum illo sunt uocati, & electi & fide-
les. Et dicit mihi: Aquę quas uidisti, ubi me
retrix sedet, populi sunt & turbæ & gentes
& linguæ. Et decem cornua quæ uidisti in
bestia, hi odio prosequētur meretricem, &
desolatam facient illam & nudam, & car-
nes eius comedent, & ipsam igne concre-
mabunt. Deus enim dedit in corda eorum,
ut faciant quod placitum est illi, ut unam fa
ciant

γνώμλω, καὶ δοῦναι τλὺ βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ. καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

καὶ μετὰ τοῦτο εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλλω καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ μεγάλῃ, λέγων. ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς, ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν, ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς, ὅτι ἐκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν. καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς, ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν. ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος, ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς θάνατος, καὶ πένθος καὶ λιμός, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, ὅτι ἰσχυρὸς κύριος ὁ θεὸς ὁ κρίνας αὐτήν. καὶ κλαύσονται αὐτὴν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες, καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες, οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι, καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι, γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου καὶ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ σηρικοῦ καὶ κοκκίνου καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ μαρμάρου καὶ κινάμωμον καὶ θυμιάματα καὶ μύρον καὶ λίβανον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ σεμίδαλιν καὶ σῖτον καὶ κτήνη καὶ πρόβατα καὶ ἵππων καὶ ῥεδῶν καὶ σωμάτων καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ *ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσεις αὐτά. οἱ ἔμποροι

* Alias ἀπώλοντο

ciant uoluntatem, ut dent regnum suum bestiæ, donec consummentur uerba dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas magna quę habet regnum super reges terræ. Et post hæc uidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatē magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit per fortitudinem uoce magna, dicens, Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundę & inuisæ: quia de uino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam uocem de cœlo dicētem, Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius usq; ad cœlum, & recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis, & duplicate ei duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quātum glorificauit se & in delicijs fuit, tātum date illi tormētum & luctum, quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & uidua non sum, & luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagę eius, mors & luctus & fames, & igne comburetur: quia fortis est dominus deus, qui iudicabit illam. Et flebunt illam & plangent se super illa reges terræ, qui cum illa scortati sunt, & in delicijs uixerunt, quum uiderint fumum incendij eius, longe stantes propter timorem tormenti eius, dicentes, Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam in una hora uenit iudicium tuum. Et negociatores terræ flent & lugent super illa: quoniā merces eorum nemo emit amplius, merces auri & argenti & lapidis precioſi, neq; margaritæ & byſſi & purpuræ & serici & coccini & omne lignum thyinum & omne uas eburneum & omne uas de ligno precioſiſsimo & ære & ferro & marmore & cinnamomum & odoramentum & unguentum & thus & uinum & oleum & similam & triticum & iumenta & oues & equorum & rhedarum & mancipiorum & animas hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenies. Mer

πορoι τούτων οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στήσονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, καὶ λέγοντες, οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις. ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. καὶ πᾶς κυβερνήτης καὶ πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλοίων ὁ ὄμιλος καὶ ναῦται καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἔκραζον ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες. τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ; καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες. οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἐν ᾗ ἐπλουτήσαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη. εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανὲ καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς. καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων, οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λεγόντων· τὸ ἀλληλουϊα. ἡ σωτηρία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινεν τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ, ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ δεύτερον εἴρηκαν, ἀλληλουϊα. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ἔπεσαν οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου λέγοντες, ἀμὴν ἀλληλουϊα. καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθεν λέγουσα, αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι. καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγόντων

catores horum qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormenti eius, flentes ac lugentes, & dicentes, Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapide precioso & margaritis: quoniã una hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. & omnis gubernator & omnis in nauibus uersantium turba & nautæ & qui in mari operantur, longe steterunt: & clamauerunt, uidentes fumum incendij eius, dicentes, Quę similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes, Væ uæ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de precijs eius, quoniam una hora desolata est. Exulta super eam cœlum & sancti apostoli & prophetæ, quoniã iudicauit deus iudicium uestrũ de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultra iam non inuenietur: & uox citharœdorum & musicorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius, & omnis artifex cuiuscunq; artis non inuenietur in te amplius, & uox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & uox sponsi & sponsæ nõ audietur posthac in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes, & in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra. XIX Post hæc audiui uocem magnam turbæ multæ in cœlo dicentis, Alleluia: salus & honor & gloria & uirtus domino deo nostro est: quia uera & iusta iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram prostitutione sui, & uindicauit sanguinem seruorum suorum de eius manu. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in seculum seculorum. Et ceciderunt uigintiquatuor seniores, & quatuor animalia, & adorauerunt deum sedentem super thronum, dicentes, Amen alleluia. Et uox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui sicut uocem turbæ multæ & sicut uocem aquarum multarum & sicut uocem tonitruorum magnorum, dicentium

λεγόντων

λέγοντες, ἀλληλούϊα, ὅτι ἐβασίλευσεν κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ. χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δώσωμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν. καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματά ἐστιν τῶν ἁγίων. καὶ λέγει μοι γράψον. μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. καὶ λέγει μοι, οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσιν τοῦ θεοῦ. καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ, προσκυνῆσαι αὐτῷ. καὶ λέγει μοι, ὅρα μή, σύνδουλός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἰησοῦ. τῷ θεῷ προσκύνησον. ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ ἰησοῦ ἐστὶν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον. καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι. καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. καὶ τὰ στρατεύματα ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν. καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη. καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ παντοκράτορος. καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ, τὸ ὄνομα γεγραμμένον, βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων. καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ. καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι, δεῦτε καὶ συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου θεοῦ, ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων, καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων. καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ. καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον. καὶ μετὰ αὐτοῦ ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ. καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

καὶ εἶδον

dicentium, Alleluia: quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino puro & splendido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dicit mihi: Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et dicit mihi: Hæc uerba dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. Et uidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax, & per iustitiam iudicat & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat ueste tincta sanguine, & uocatur nomen eius, Sermo dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, uestiti byssino albo & mundo: & ex ore eius procedit gladius acutus, ut eo percutiat gentes. Et ipse reget eas uirga ferrea. Et ipse calcat torcular uini furoris & iræ dei omnipotentis. Et habet in uestimento & in femore suo nomen scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus quæ uolabant per medium cœli: Venite & cõgregamini ad cœnam magni dei, ut edatis carnes regum & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum ac seruorum, & pusillorum ac magnorum. Et uidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, in quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui conjecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure: & cæteri occisi sunt gladio sedentis super equum, qui procedit ex ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστὶ διάβολος καὶ σατανᾶς, καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη, καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρις τελεσθῇ χίλια ἔτη. καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον. καὶ εἶδον θρόνους καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ, καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, οὐδὲ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν, καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ χριστοῦ χίλια ἔτη. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη. καὶ * ὅτε ἐτελέσθησαν τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν τέσσαρσιν γωνίαις τῆς γῆς τὸν γὼγ καὶ τὸν μαγὼγ συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην. καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς, καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς, καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον, καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτοῦ, οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μεγάλους καὶ μικροὺς ἑστῶτας ἐνώπιον * τοῦ θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν. καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς, καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς, καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. οὗτος ὅστις ὁ δεύτερος θάνατος, καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν. ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθον

* Aliâs ὅταν τε λελυθῇ

* Aliâs θρόνου

Et uidi angelum descendentem de cœlo habentem clauem abyssi & catenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit eum, & signauit super illum ut nō seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et uidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimoniū Iesu & propter sermonem dei, & qui non adorauerunt bestiam nec̄ imaginem eius nec acceperunt characterē eius in frontibus suis aut in manibus suis, & uixerunt & regnauerūt cum Christo mille annis. Cæteri uero mortuorū non reuixerunt, donec consummētur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In ijs secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabūt cum illo mille annis. Et quum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit ut seducat gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, ut cōgreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ & circumierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et uidi thronum magnum candidum & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secūdum opera ipsorum: & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos, qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuētus est in libro uitæ scriptus, cōiectus est in stagnum ignis. Et uidi cœlum nouū & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt

παρῆλθεν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. καὶ ἐγὼ ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν ἱερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν, ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης. ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν θεὸς αὐτῶν. καὶ ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγή, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον. καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου. ἰδοὺ καινὰ ποιῶ πάντα. καὶ λέγει μοι. γράψον, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι. καὶ εἶπέ μοι. γέγονε, ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ θεός, καὶ αὐτός ἔσται μοι υἱός. τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακοῖς καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψεύδεσι τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι δεύτερος θάνατος. καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ὑστάτων. καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων. δεῦρο δείξω σοι τὴν νύμφην τοῦ ἀρνίου τὴν γυναῖκα. καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν ἱερουσαλὴμ καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, ἔχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν, ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσι ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν ἰσραήλ. ἀπὸ ἀνατολῆς πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ βορρᾶ πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ νότου πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς, καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου. καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ εἶχε μέτρον καλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς. καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς ὅσον ἐστὶ τὸ πλάτος, καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν ἐν τῷ καλάμῳ ἐπὶ στάδια δώδεκα χιλιάδας, τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος, καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστίν. καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου ὅ ἐστιν ἀγγέλου. καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις, καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν ὁμοιον ὑάλῳ καθαρῷ. καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς

abijt, & mare iam non est. Et ego Ioannes uidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendētem de cœlo, à deo paratam, sicut sponsam ornatā uiro suo. Et audiui uocem magnam de cœlo dicentem, Ecce tabernaculū dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterſurus est deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultra non erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum alpha & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis. Qui uicerit, possidebit omnia, & ero illi deus, & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis & execratis & homicidis & scortatoribus & uenefi cis & idololatris & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et uenit ad me unus de septem angelis habentibus septem phialas plenas septem plagis nouissimis, & loquutus est mecum, dicens, Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem magnam, sanctam Hierusalem descēdentem de cœlo à deo, habētem claritatem dei. Et lumē eius simile lapidi preciosissimo tanquam lapidi iaspidi crystallisanti. Et habebat murū magnum & altum habentē portas XII, & in portis angelos XII, & nomina inscripta, quæ sunt nomina XII tribuum filiorū Israel. Ab oriēte portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres: & murus ciuitatis habēs fundamenta XII, & in ipsis duodecim nomina XII apostolorū agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arūdineam auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius & murum eius. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tāta est quāta & latitudo, & mensus est ciuitatē de arūdine *aurea* per stadia duodecim milia, & lōgitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murū eius C XLIIII cubitorū, mēsura hominis quę est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas aurū mundū, similis uitro mūdo, & fundamēta muri

τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι. ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος ἴασπις, ὁ δεύτερος σάπφειρος, ὁ τρίτος χαλκηδών, ὁ τέταρτος σμάραγδος, ὁ πέμπτος σαρδόνυξ, ὁ ἕκτος σάρδιος, ὁ ἕβδομος χρυσόλιθος, ὁ ὄγδοος βήρυλλος, ὁ ἔνατος τοπάζιον, ὁ δέκατος χρυσόπρασος, ὁ ἑνδέκατος ὑάκινθος, ὁ δωδέκατος ἀμέθυστος. καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται εἰσί, ἀνὰ εἷς ἑκάστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου, καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρόν, ὡς ὕαλος διαφανής. καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ. ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ ἀρνίον. καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ. ἡ γὰρ δόξα τοῦ θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν, καὶ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας. νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ. καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν, καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ἀρνίου. ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ. καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν, καὶ πᾶν *κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι. καὶ ὁ θρόνος τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται. καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου, καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι κύριος ὁ θεὸς φωτίζει αὐτούς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ εἶπέ μοι, οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί. καὶ κύριος ὁ θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. καὶ ἐγὼ ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα, καὶ ἀκούων. καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα, καὶ λέγει μοι. ὅρα μή, σύνδουλός σου γάρ εἰμι καὶ τῶν ἀδελφῶν σου προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ θεῷ προσκύνησον. καὶ λέγει μοι. μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. ὁ

*Aliâs καταθεμα

ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentum primum iaspis, secundum saphirus, tertium calcedonius, quartum smaragdus, quintum sardonyx, sextũ sardius, septimum chrysolitus, octauũ berillus, nonum topazius, decimum chrysoprasus, undecimum hyacinthus, duodecimum amethystus. Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, per singulas, & singulæ portæ singulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum tanquã uitrum perlucidum. Et templum non uidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neq; luna, ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes quæ seruatæ fuerunt in lumine eius, & reges terræ afferent gloriã suam & honorem in illam, & portæ eius nõ claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Et ostendit mihi purum fluuium aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede dei & agni. In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes dei & agni in illa erit, & serui eius seruient illi. Et uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus suis. Et nox illic non erit, & non egent lumine lucernæ, neq; lumine solis, quoniam dominus deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dominus deus sanctorum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui & uidi hæc. Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant uerba *prophetiæ* libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne obsignaueris uerba prophetiæ libri huius.

XXII

Tempus

ὁτι

ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπαρὸς, ῥυπανθήτω ἔτι. καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι. καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι. καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ. ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος. μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. ἔξω δὲ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος. ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός. καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· ἐλθέ. καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω. καὶ ὁ θέλων, λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν. συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους προφητείας βιβλίου τούτου. ἐάν τις ἐπιθῇ πρός ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ. καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελήσει ὁ θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ. λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. ναὶ ἔρχομαι ταχύ. ἀμήν, ναί, ἔρχου κύριε ἰησοῦ. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ

Tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc: & ecce uenio cito, & merces mea mecũ est, ut reddam unicuiq; ut opus illius erit. Ego sum alpha & Ω, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui seruant mandata illius, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici & impudici & homicidæ & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, ut testificaretur uobis hæc in ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit dicat, Veni. Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius: si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius è libro uitæ & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam, uenio cito. Amen, etiam: ueni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

FINIS

FINIS NOVI TESTAMENTI TOTIVS, AD GRAECAM VERITATEM
VETVSTISSIMORVM'QVE CODICVM LATINORVM FIDEM
ET AD PROBATISSIMORVM AVTORVM CITATIO/
NEM ET INTERPRETATIONEM IAM QVINTO
ACCVRATE RECOGNITI, OPERA STV/
DIO'QVE DES. ERASMI ROTEROD.
THEOLOGIAE PROFESSORIS
ANNO M D XXXV

Τῷ θεῷ δόξα.

BASILEAE, APVD HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM ANNO
M D XXXV MENSE MARTIO

Index ternionum.

α β γ δ a b c d e f g h i k l m n o p q r s
t u x y z A B C D E F G H I K L M N
Omnes terniones.



FRO BEN.